Ratio aūt q̄re auaricia est pctm̄: est ista ſm b. Tho. ij.ij.q.cxviij. arti.ij. Cor q̄ ordinātur ad aliquē finē: bonū eor consistit in ꝓportione seu debita cōmensuratione ad illum finē bonū. i. q̄ sint in tali mensura seu quantitate q̄ pertingāt ad finē. Sicut medicina que ordinaꝫ ad finē sanitatis corporis: tūc est bona qñ sumiꝫ in tali mensura et qualitate que inducat sanitatē. Malū aūt eor que ordinanꝫ ad finē cōsistit in excessu vel defectu ad debitū finē. Sicut medicina purgatiua tunc est mala quādo non euacuat sufficienter malos humores: vel qñ nimis euacuat: ita q̄ etiā bonos aufert. Tpalia aūt bona sunt ordinata a deo ad sustentationē hominum. Querere igiꝫ ea ⁊ tenere vel desiderare non solū ad sustentationē sui et suor. ſz ad superfluitatem ⁊ vanitatē vitiosum est ⁊ malū: q⁹ excessus fit a debita eor mēsura. Sed q⁹ etiam nō licet vti indebitis mediis vt ad debitū finē perueniaꝫ. ſm. b. Tho. quia ſm apl̄m ad Roma. iij. Non sunt facienda mala vt eueniant bona. hinc est q̄ nō licet querere vel desiderare tēporalia etiā ꝓpter sui sustentationē p indebitos modos: vt per furtū. vsuram. fraudulentiā. ⁊ hmōi.

§.II. Quantū ad secundū

Auaricia grauat hominem.

principale sciendū q̄ vitiū auaricie pcipue aggrauat hominē. ⁊ vt graue inclinaꝫ ad centrū. ita auaricia pcipitat ceteris ad centrū inferni deijcit. Cōiter em̄ auari sunt obligati restitutionib⁹ ⁊ dediti iniustis lucris. et cum saluari nō possint ⁊ centrū inferni deferre nisi alleuienꝫ p restitutionē ⁊ dimissionem illicitor lucror potius cū pondere peccatorū volunt ad inferna descēdere q̄ consueta mala relinquere. quinimo ſm Hiero. Letera vitia hoīe inueterascente senescunt: sola auaricia iuuenescit. Et ratio naturalis est ſm Tho. vbi. s. q̄ senes ꝓpter defectum naturalem auidius exteriora rerum requirunt subsidia sicut ois indigens querit sue indigentie supplementū: nec tm̄ excusaꝫ a pctō si cōtra rationē appetat. ⁊ pcipue cū ipa natura doceat: q⁹ oīe quod antiquaꝫ ⁊ senescit: prope interitū est ſm apl̄m ad Heb. viij. Et cū interierit: non sumet oia. ſm ps. idest aliquod suorū bonorū. Ideo de facili debet contenere oīa: cogitando in breui esse moriturū: igitur filij hominū vsq̄quo graui corde. i. in auaricia q̄ vos grauat pmanetis. Sfacilius est camelū p foramē acus transire q̄ diuitē intrare in regnū celorum: ait xp̄s Matth.xix. Ubi hiero. Recte diuites camelis comparanꝫ: q⁹ sicut cameli cum deposuerint gibbū ⁊ grauē sarcinā pōderū p cruna acus. i. p angustā ⁊ artā viā itrare ⁊ trāsire possunt. ita superbus ⁊ diues si dimittūt gibbū. i. amorē inordinatū diuitiarū ⁊ sarcinarū peccator de facili intrabūt p artā viā in regnū celor. hec Hiero. Acus.

Scōm magīm historiaꝝ acus erat quedā porta ciuitatis Hierosolyme valde arta. p quā nō poterāt intrare cameli nisi deposita sarcina. Ostendit aūt hoc pctm̄ esse graue: q⁹ est ꝓtra deū. ꝺ ꝓximū. ⁊ cōtra seipm̄ ſm Tho. ij.ij.q.cxviij. arti.ſ. Auarus peccat ꝺ deum.

Peccat auarus cōtra deū inquātū ꝓpter bonū tpale diuitiarū cōtemnit bonū eternū. Vñ ⁊ auaricia dicit apl̄s ad ephe. v. idolorū seruitutē: q⁹ affectū quē fidelis exhibet deo ⁊ sollicitudinē auarus exhibet pecunie. Et sicut idolatra subijcit se creature exterioꝛi. ita auarus lꝛ nō eodem mō. q⁹ idolatra subijcit se creature quoad cultū vt exhibeat ei cultū diuinum: lꝛ auarus subijcit se pecunie inordinate cōcupiſcēdo eā q̄ad vsum. Et iō etſi graue pctm̄: nō tm̄ quātū idolatria. Item ſm Chry. auaricia assimilaꝫ idolatrie: q⁹ sicut idolatre venerank reliq̄as ⁊ idola nec p⁹e reuerētia audēt ea tāgere ita mlti venerank pecunias ⁊ eis vti nesciūt: lꝛ vt sacra deponūt: ⁊ filijs ⁊ nepotib⁹ intactas ꝓseruāt. Itē ſm amb. cōparaꝫ auaricia idolatrie: q⁹ sicut idolatra nitiꝫ auferre gloriā deo: ne solus deꝰ nomē deitatis obtineat. ita auar⁹ in dei res se extendit vt solus vsurpet que deꝰ oīb⁹ fecit. Utraq̄ sunt iimica deo: q⁹ negāt deo q̄ sunt ei⁹. Itē aua rus peccat in ꝓximū: cū ſcz plus debito accipit ⁊ cōseruat pecunias ⁊ bona alia tpalia in damnū ⁊ nocumentū ꝓximoꝝ. Cum em̄ bona tpalia nō possint simul possideri a multis. nō potest vn⁹ hō in bonis tpalibus supabundare nisi alteri deficiat: ⁊ sic auaricia est directe ꝺ ꝓximū. Vñ Amb. Esurientiū est panis quē tu detines: nudorū vestimentū qō reclusis: miserorū pecunia quaz in terra defodis. Tantoꝝ ergo te scias inuadere bona quantis possis dare qō velis. i. qō debes velle. xlvij. di. ficut hi. Tertio Tertio peccat auarus in seipsum: q⁹ p hoc inordinat affectū ei⁹ lꝛ nō deordinet cor⁹ ficut q̄ vitia carnalia. Sicut enim corpus multa incōmoda ꝓ rōne. Vñ Greg. Oēs hui⁹ seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt: in celestibus debiles. Et infra. Nam sepe famē. nuditatē. deiectionē stinēt: ⁊ earū rerū se p abstinentiā cruciāt: ad quas adipiscendas festinant. xlvij. dist. oēs. Et Eccls. vj. ōr. Est aliud malū qō vidi sub sole. ⁊ hoc frequens apud hoīes vir ſcz auarus cui dedit deus diuitias ſcz quoad mobilia: ⁊ substantiā. s. immobiliū. ⁊ honorē: ſcz dignitatis ⁊ ptātis. nec deest aie sue. i. sensualitati ⁊ vite corpali ex his que desiderat in hoc mūdo: nec ei dedit deus potestatē. i. vsum potestatis vt comedat: sed alius vorabit eas. Est aūt auaricia mortale tripliciter: ⁊ tunc grauat ⁊ deijcit ad infernū. Auaricia mortale.

¶ Primo rōne equitatis quā offendit.

¶ Scōo rōne charitatis quā excludit.

¶ Tertio rōne finis quem peruertit.

Primo quidē auaricia offendit equitatē qñ nocet ꝓximo p iniustā acq̄sitionē furando. fraudādo ⁊ hmōi q⁹ sunt mortalia ex genere suo: q⁹ vertunt in nocumentū notabile ꝓximo: ⁊ sunt ꝺ iustitia: ⁊ nō solum ista ꝓpterea ꝺ sua desiderare. s. rerū illicitas appetere acq̄sitiōes: qō ptinet ad auaricia est mortale. Et de his itelligit illud Abachuc ij. Ue q̄ ꝓgregat nō sua. Scōo qñ q̄s ita amat ista tpalia. q⁹ etſi videret extremas necessitates et subleuare posset: nō faceret ne minuerek in tpalibus. Et de his Jac. v. Agite nūc diuites. ploꝛate ⁊ vlulate in miserijs que aduenīt vobis. diuitie vestre putrefacte sunt. aurū ⁊ argētū vrugo eruginauit ⁊ erugo eoꝝ erit vobis in testimoniū ⁊ manducabit carnes vras. Scōo auaricia est mortale ratione charitatis quā excludit. Si em̄ tantū amor diuitiarū crescat q⁹ preferak charitati dei vel ꝓximi: qō cōtingit qñ facit vel quādo paratus est facere cōtra deū vel ꝓximū vt habeat diuitias vel nō minuat vel nō amittat puta peierat: vel festa violat aut decipit ꝓximū aut habet animū paratū ad ista hmōi facere vt lucrek: aut nō ledak in tpalib⁹ vel etiā de supfluo non vult dare necessitatē patientibus tūc est mortale. Vñ. s. Jo. iij. ōr. Qui habuerit substātiam huius mundi ⁊ viderit fratrē suū necesse hre ⁊ clauserit viscera sua ab eo quō charitas dei est in eo. q. d. non hz talis charitatē dei: q⁹ facit ꝺ charitatē proximi manifeste. ⁊ deo diligi non pōt ve ⁊ saluꝺ si nō diligit ꝓximū cū b ipe precepit. Si q̄s diligit me ait xp̄s: sermōes meos seruabit. ⁊ ecōtra. Qui nō diligit me sermones meos nō seruat. Jo. xiiij. Dicunk aūt diuitie suba vel a substādo: q⁹ debēt substare rōni nō dominari. Matth. vj. Nō potestis deo seruire ⁊ māmone: idest diuitijs. Nō dicit ibi. inqt Hiero. Non potestis habere sed seruire. Qui enim seruus est diuitia-

rū eas custodit vt seruus: ⁊ sic nō substāt diuitie sed pre/sunt: ⁊ dominant talib⁹. Vel dicunt diuitie suba a sustentando: q; debēt diligi ad sustentationē nō ad supfluitatē vel voluptatē. Et subdit. Et viderit fratrē suū necesse habere. i. scuerit. nō eī tenet subuenire necessitatib⁹ q̄s nō nouit: ⁊ clauserit viscera. s. miserico;die. nō dādo cū pōt ⁊ debet vel nō cōpatiēdo si dare nō pōt: nō est charitas dei in hmōi. Tertio auaricia ē mortale rōne finis quē quer/it: qō sic ꝓbat. Amor est boni. Sicut aūt duplex ē bonus scz bonū ppie ⁊ pncipalr dictū. ⁊ sic est bonū qō ē finis: et bonū qō nō est pncipale. s. bonū qō est ad finē. Ita de/bet esse duplex amor. s. pncipaliter ⁊ p se boni qō est finis ⁊ amor secundario ⁊ consequenter boni qō est ad finem. Auaricia igitur ꝑt est inordinatus amor tpalium rerus ita q̄ in eis finis constituat: semp est pctm̄ mortale. Cui⁹ ratio est: q; auerti ab incōmutabili bono est pctm̄ morta/le. sed ꝙuerti ad quodcūq; cōmutabile bonū creatū sicut ad finem facit auersionē ab incōmutabili bono qō debet esse vltim⁹ finis. eo q; nō possunt esse plures vltimi fines ergo auaricia inquātū fruit tpalib⁹ bonis semp est morta/le. Hec Tho. in questione de malo. Et hoc mō dicit apls ad Eph̄. v. q; oīs auarus nō habet hereditatē in regno xpi ⁊ dei. i. nullus auarus qui scz constituit finem in diui/tijs. Veniale autē esset q̄ quis inordinate diligeret tpa/lia: sed citra deū. nec ex hoc transgredit vel parat⁹ ē transgredi aliquod ꝓceptorum. Quod aūt sit nō solū morta/le sed valde graue ostendit ex hoc: q; cōtra nobilissimas virtutes: vtputa cōtra pietatē ⁊ misericordiā que est ma/xima inter eas q̄ sunt ad primū. Vñ Ambr. Omnis summa xpiane religionis in misericordia ⁊ pietate cōsistit. Est cō traria iusticie q̄ est ois virtus: ⁊ neq; hesperus. neq; stella neq; lucifer est ita clarus. vt dicit phs in. v. Eth. Justicia eī tenet mediū inter supfluū ⁊ diminutū. Auaricia autē excedit in accipiēdo ⁊ deficit in dādo. q; accipit pl⁹ q̄ de/bet ab alijs furādo. rapiēdo. fenerādo. fraudādo ⁊ hmōi. Et minus dat q̄ debet sibi ⁊ alioꝝ necessitatib⁹ cū pōt nō subueniendo. Est etiā ꝓtraria virtuti liberalitatis que fa cit hoiem alijs gratū. Vñ Boeti⁹. Largitas claros ideſt famosos facit auaricia vo odiosos. Cum eī virtus libe/ralitatis medium teneat circa acceptionē ⁊ dationē pecu niarū liberalis vtrūq; facit sicut oportet. Nam ad decen/tem dationē sequit̄ q; fit decens acceptio. Liberalis enim primo recte se habet in datione eo q; ipse in dando obser uat regulam rōnis inquātū ipse dat quibus oportet. ⁊ qn̄ oportet. ⁊ qd oportet. ⁊ quātū oportet. ⁊ quō oportet. ob seruādo semp debitas circūstantias q̄ ad rectā dationem exigunt. Scdo liberalis se recte hz in acceptione et pci/pue quattuor modis. Primo q; accipit vnde oportet: q; a ppriis possessoribus. Scdo accipit quātū oportet: q; mi/nus sibi relinquit q̄ alijs det: eo q; paucis ipse est conten tus. Tertio accipit quō oportet: q; pauca ⁊ in necessitate libēter aūt dat: ⁊ ꝓpterea interdū minora dās liberalior iudicat. Quarto accipit eo fine quō oportet. Non eī li/beralis appreciat diuitias ꝓpter ipsas sed solū ꝓpter da tionē. Auarus vo inordinate se habet in his duobus. s. in acceptiōe ⁊ datiōe pecuniarū: vt pz discurrēdo p singula. Hec Tho. ii. ij. q. cxvij. arti. iij. ⁊ in scriptis ethicorum lib. iiij. ca. ij. Et q̄uis auaricia sit valde graue peccatum: nō tamē maximū omniū. nam magnitudo peccati potest at/tendi ex tribus. Primo ex parte boni quod offendit vel contemnitur. ⁊ fm hoc tanto pctm̄ est grauius: quāto bo nū qō per pctm̄ offendit contēnit vel corrumpit est nobi lius vel maius. ⁊ sic pctm̄ ꝓtra deum est grauissimū quia per hoc cōtemnit summū bonū. Scdo attendit magnitu do pcti ex pte dāni qō infert. ⁊ sic inter pcta que in primū cōmittunt: tanto pctm̄ est grauius quāto damnū est gra/uius primo illatū. Unde homicidiū est grauius adulte/rio. ⁊ adulteriū grauius furto. Tertio pōt attēdi magni/tudo pcti ex pte boni cui q̄s inordinate subijcit; quāto eī bonū est minus tanto pctm̄ deformius. Cū aūt inter bo/na humana tpalia sunt minima: q; minora q̄ bona corpo ris: ⁊ bona corpis q̄ bona aie: ideo q; inordinatus appe/tit⁹ auari subijcit minimo bono. s. rerū exterior: ideo fm hoc auaricia est turpi⁹ ⁊ deformi⁹. ⁊ ꝓpter hoc dr. Eccl. x. Auaro nihil est sceleſti⁹. i. ad pctm̄ promptior: q; ad oia vitia auarus inclinat. vel sceleſtius. i. turpius ⁊ vilius: q; pfert bonum cōmutabile minimū bono incōmutabili summo. Et subdit ibi. Nihil iniquius q̄ amare pecuniā. qō intelli gitur triplr. Iniquius. i. equitati naturali magis ꝓtrariū q̄ amare pecuniā. s. plus debito acquirēdo: vel retinēdo quia fm legē cōem nature oia erant cōia. Scdo modo dr iniquius. i. insatiabilius q̄ amare pecuniā. s. inordinate: quia nunq̄ satiat. Jo. iiij. Qui biberit ex aqua hac sitiet iterū. Tertio modo dr iniquius. i. inequalius: q; auarus dat ⁊ contēnit bonū eternū ꝓ tpali. Vñ subdit. Hic enim aiam suā venalē habet. i. vitā suā naturalē exponēs se pe/riculis. vel aiaz. i. spm̄ suū. Et subdit. Projecit eī intima sua. i. vitā corporalē nō curādo de ea vt lucret. vel intima sua. i. vtutes oēs abijciēs vt lucret. vel intima. i. intimos amicos: quia auarus nullū habet amicū. vel intima. i. vi/scera pietatis ⁊ misericordie. Unde Tullius in li. de offi. Nihil tam angusti animi: nec tā ꝓtau q̄ amare pecuniā: scilicz inordinate. Hec beat⁹ Tho. ij. ij. q. qua. s. Et Alex. in. ij. parte. q. xlij.

§. III. Quātū ad tertium

scz de effectu eius. Sciendū q; multa vitia ⁊ quasi omnia ꝓcedūt aliqñ ex auaricia. Unde subdit. Queritis mēda/cium. i. diligēdo inordinate tpalia qō ptinet ad auariciam querit mendaciū. i. pctm̄. Dicit aūt pctm̄ mēdaciū. iuxta illud. omnis homo mēdax. i. pctor ex eo q; pctm̄ est cōtra veritatē vite: tum quia nō adequat intellectui diuino nec humano actus peccati: sed ꝓtra lumen naturale est. tum quia peccatū sub specie boni decipit hoiem trahendo ad malū. Procedit nāq; ex auaricia superbia: cuz ex diuitijs homo superbiat: ⁊ videt sibi omnia debere subijci. Aug. Uermis diuitū supbia. Oritur ⁊ luxuria. vñ xps diuitijs adiūxit voluptates dicēs. A diuitijs ⁊ voluptatib⁹ eūtes suffocant. Lu. viij. Hinc ira flāmescit si impediūtur eius lucra. Tabescit iuidia si alius fit ditior eo. Desipit accidia si non lucret vel amittat quesita. Tristatur supra modū. ⁊ sic de alijs. Precipue tamē procedūt ex ea illa q̄ dicunt filie eius: rōne quoꝝ dr vitiū capitale: scz septē que ponit Greg. in moral. Dicit eī aliqō vitiū capitale fm Tho. ij. ij. q. clxviij. arti. vij. illud ex quo oriūtur alia fm rationē finis. Finis eī cum sit multum appetibilis: per eius ap/petitum homo procedit ad multa faciēda bona vel ma/la. finis aut̄ maxime appetibilis est beatitudo seu felici/tas que est vltimus finis humane vite. Et ideo quanto magis aliquid participat cōditiones felicitatis tāto ma gis est appetibile. Est aūt vna de cōditionib⁹ felicitatis vt sit per se sufficiēs: alioquin nō q̄eret appetitū tanq̄ vltimus finis: sed per se sufficientiā maxime reprimittūt diuitie. vt Boe. ait in. iij. de cōsolatione. Cuius ratio est: q; denario vtimur q̄si fideiussore ad omnia habenda. vt dicit phs in. v. Ethicor. Et ad idē dicit Eccls. x. Pecunie obediūt omnia. Et ideo auaricia que consistit in appeti/tu pecunie ponit vitiū capitale. Nec obstat q; liberalitas que opponitur auaricie nō est pncipalis vtus. Non eī oportet q; pncipale vitiū opponat pncipali vtuti. Nam vtus perficit fm rōnem. vitiū aūt fm inclinationē appe/titus sensualis: non aūt ad idem genus pncipalr respi/cit rō ⁊ appetit⁹ sensitiuus. Itē nō obstat q; auaricia ipsa ex alio vitio aliqñ oriat: cū dicat Greg. q; aliqñ oritur ex elatione: aliquādo ex timore: quia nihil prohibet vitium capitale ex alijs interdū oriri: dum tamē alia vitia soleāt ex eo plerūq; nasci. Itez non obstat q; diuitie circa quas est auaricia non habent rōnez finis: sed magis rationem

Ex auaricia oriunt alia peccata.

Vitiū capitale dr

eius quod est ad finē: quia inquātū pecunia est vtilis ad oia sensibilia ꝓquirēda cōtinet quodāmodo vtute oia: ⁊ ideo habet quandā similitudinē felicitatis. beatus Tho. ij.ij.q. vbi. s. Itē cū pctā carnalia dicank illa q̄ pficiuntur in delectationib⁹ carnalib⁹: que scz sensu carnis cōplenk: vt delectatio ciboꝝ ⁊ venereoꝝ. Spūalia aūt pctā dicunk que pficiunk delectationib⁹ spūalibus absq̄ carnis delectatione: vt que cōplenk in sola aie apphēhēsione: q: auaricia est hmōi. delectak em̄ auarus in eo ꝙ ꝓsiderat se possessoꝝē diuitiarū: ⁊ ideo est spūale pctū ꝑm Grego. q̄uis em̄ sit circa obiectū coꝝporale. s. diuitiarū: nō querit tamē delectationē coꝝporalē: sed solū aialē: scz ꝑut delectak in hac ꝓsideratione ꝙ diuitias possideat: rōne tamē obiecti quod est materiale. beatus Tho.

Auaricia ē spirituale pctū.

Prima filia.

§.IIII. Sunt autez he filie

auaricie septē. Prima est obduratio cōtra miam q̄ alio modo dr̄ inhumanitas: ⁊ p hoc auarus excedit moduz in retinēdo. Scdo excedit auarus modū in accipiēdo. Et dr̄ triplr̄. In coꝝde: opeꝝ: ⁊ sermone. In coꝝde quidē excedit modū acq̄rēdi: q: auaricia ingerit homini sollicitudines ⁊ curas superfluas. ⁊ sic ponit filia auaricie inq̄etudo mentis. Scdo excedit auarus modū acq̄rēdi in opere. ⁊ sic ex ea oꝝit violētia ad quā ptinet rapina. Tertio excedit modū in sermone. Et quātū ad hoc q̄ttuoꝝ facit. Primo vtit fallacia. Scdo addit aliqn̄ iuramētū. Et ꝓpetrak piuriū vt possit lucrari. Tertio fraude decipiēdo i ꝓctib⁹. Quarto ꝓditione ꝓdendo psonas ad acq̄rēdū lucrū. Jsid. aūt ponit nouē filias auaricie. s. mēdaciū ⁊ falsuz testimoniū: fraus: furtū: piuriū: turpis lucri appetit⁹ violētia: inhumanitas: obduratio ⁊ rapacitas: q̄ reducunk ad septē q̄ ponit Greg. Nā mēdaciū ⁊ falsum testimoniū cōꝝhēdunk sub fallacia: ⁊ furtū est que dā spēs fraudis: turpe lucrum ad inq̄etudinē reducik: rapacitas sub violētia. inhumanitas ⁊ obduratio idē sunt. Jsta q̄ septē genera vitioꝝ dicunk filie: q: ex ea oꝝiunk sicut filie ex matre. Notādum etiā ꝙ ꝑm Arist. iiij. Ethi. septē sunt spēs seu differētie. tenacitas: parcitas: chynibilis: seruitus: meretriciū: aleatores: ⁊ moꝝtuoꝝ spoliatoꝝes. quoꝝ numerus vl̄ sufficiētia fic distinguik: q: auarus peccat in generali duob⁹ modis scz in dādo ⁊ in accipiēdo. Jn dando peccat trib⁹ modis: quia aliqn̄ nihil dat: ⁊ talis dr̄ tenax. Scdo peccat: q: parū dat. ⁊ talis dicik parcus. tertio quia si dat cū magna difficultate dat: ⁊ tūc parū. ⁊ talis vocak chynibilis q̄si animi venditoꝝ: q: de paruis magnam vim facit. Scdo auarus peccat in accipiēdo: ⁊ hoc quattuoꝝ modis. q. s. lucratur viliter: turpiter: illiberaliter: ⁊ violenter. Primo auarus lucrak viliter: aliqn̄ ⁊ seruiliter: puta si aliq̄ vilia seruitia facit: ⁊ talis vocak seruitus. Scdo peccat ꝙ aliqn̄ lucrak turpiter: puta de aliqb⁹ actib⁹ turpibus ⁊ vitiosis: vt meretricio ⁊ hmōi. Tertio lucrak illiberalr̄: vt de eo qđ gratis opz ꝓcedere: vt faciūt vsurarij ⁊ aleatoꝝes ab amicis auferēdo. Quarto lucrak violēter: scz vim inferēdo alijs sicut faciūt latrones vel moꝝtuoꝝ spoliatoꝝes. b. Tho. ij. ij.q. cxviij. ar. viij. ⁊ in. q. de malo.

Differētie auari

§.V. Quod peccatū auarī

§.ij.

cie aggraueꝝ: vt dictū est. §. ⁊ ꝙ plurima mala ex ea oriāꝝtur vt hic dr̄: ostēdit Greg. in. iiij. moꝝal. c. xix. vbi exponit pphetiā zacharie dicētis sibi dictū. Leua oculos tuos et vide quid est hoc qđ egredik. Et dixi. Quidnā hoc est. Et ait. Hec est amphoꝝa egrediens. Et dixit. Hec est oculus eoꝝ in vniuersa terra. Et ecce talentuz plūbi portabatur. Et ecce mulier vna sedēs in medio amphoꝝe: ⁊ dixit. Hec est impietas. et proꝝiecit eam in medio amphoꝝe: et misit massam plumbeā in os eius. Et leuaui oculos meos et vidi. Et ecce due mulieres egredientes: ⁊ spiritus in alis earum. ⁊ habebāt alas quasi milui: ⁊ leuauerūt amphoꝝam inter celū ⁊ terrā. Et dixi angelo qui loquebatur in me. Quo isti deferūt amphoꝝā. Et dixit. Vt edificetur ei domus in terra Senaar. Sup quib⁹ verbis Greg. ibi fic ait. Volēs deus ꝓphete ostēdere humanū genus ex quo ab eo maxime culpa dilabak: p imaginez amphoꝝe quasi patēs os auaricie designauit. Auaricia quippe velut amphoꝝa est q̄ os coꝝdis in ambitu terre. i. appetitu terreno rū apertū tenet. Qđ autē subdik. Hec oculus eoꝝ in vniuersa terra. intelligik q: auaricia designata p amphoꝝam est ad quā summa vigilātia ⁊ intētio est oim. Quia vt dr̄ Hiere. vj. A maioꝝi vsq̄ ad minoꝝe oēs auaricie student. ⁊ qui ad bona cognoscēda hebetes sunt ⁊ quasi ceci: ad ea tēpoꝝalia acquirēda ⁊ possidēda nimiū sunt acuti. ꝑm illud Hiere. iiij. Sapiētes sunt ⁊ faciant mala: bona aūt facere nescierūt. Et ecce talentū plumbi portabak. p plūbū ⁊ in magna quātitate: q: p talentū designatur magna grauitas peccati q̄ ad inferioꝝa deprimit. Et ecce mulier vna sedens in medio amphoꝝe de qua dr̄ ꝙ est impietas. Grego. Jmpietas in medio amphoꝝe proꝝicik: q: nimirū semp in auaricia impietas tenek. Et hoc siue sumatur impietas p infidelitate ꝑm ꝙ pietas ei cōtraria dr̄ cultus dei: siue sumak pro crudelitate ꝑm ꝙ pietas dr̄ misericordia. Nam ⁊ auaricia dicik idoloꝝum seruitus ab apostolo ad Ephe. v. quia sollicitudinē quā debet deo exhibere nummo apponit: ⁊ auarus est crudelissimus et ad pauperes ⁊ sibi ⁊ suis in necessarijs. Et misit massam plumbi in os eius. Massa plūbi est pōdus peccati. qđ obstruit ita os ei⁹. s. auaricia sectātis: vt nec dñm laudare valeat nec cōfiteri pctā sua. Nullū em̄ peccatū ita retrahit hoiem a cōfessione sicut auaricia: q: nouit auarus ꝙ absolui nō pōt nisi restituat alienū ⁊ in futurū abstineat ab illicit⁹ lucris, qđ necessariū est: vt dicik de pe. di. v. negociū. ⁊. c. falsas. Et leuaui oculos meos ⁊ vidi. Et ecce due mulieres egredientes. Jn his duabus mulieribus duo pncipalia vitia accipimus: superbiā scz ⁊ inanē gloriā que impietati fine dubio cōiuncta sunt. Nā ⁊ vmis diuitū superbia. vt dicit Aug. Et cōiter diuites sunt auari. Et ꝑm psal. Jn multitudine diuitiarū suaꝝ gloriank. Et spūs erat in alis earū. Ale aūt harū mulierū sunt actiones ꝓcedentes ex ipsis vitijs: superbia. s. ⁊ inani gl̄ia. Spūs aūt dicik esse in ipsis alis: quia p actiones hoꝝ vitioꝝ sathane voluntati deseruiūt. De quo spū loquik Lu. xj. Cū immūdus spūs exierit ab hoie ambulat p loca arida. i. deuotione priuata. Et habebāt alas quasi alas milui. Miluus insidiari studet semp nature pulloꝝ: q: scz actiones ꝓueniētes ex superbia ⁊ inani gloria diabolo sunt similes: q: insidiank semp vt paruuloꝝ siue sibi siue alijs paruis sensuꝝ intellectuꝝ fraudibus decipiūt. Milui etiā voꝝ est meū meū. p hoc designans ꝙ auaricia superbia ⁊ inanis gloria querūt ꝓpriū cōmodū. Et leuauerūt amphoꝝā inter celū ⁊ terrā. Superbia ⁊ inanis gloria habent hoc ꝓpriū vt eū quem fecerint in cogitatione sua euanescere sup ceteros extollant: ⁊ modo per ambitū rerū: modo per desideriū dignitatū quem captū tenēt quasi in honoꝝis altitudinem eleuant. Qui aūt est inter celuz ⁊ terrā ⁊ ima deserit ⁊ tamē superioꝝa nō attingit: quia videlz superbia ⁊ inanis gloria mentē per auariciā captā ita eleuant: vt quosq̄ proximos despiciētes quasi deserāt ⁊ alta quasi gloriantes petant. Et tñ dū supbiunt ciuibus superioꝝib⁹. i. angelis nō iungūtur. Et cum interrogaret ꝓpheta quo deferret amphoꝝa. fuit responsum ei vt edificetur ei domus in terra Senaar. Senaar interꝑetak fetoꝝ eoꝝ. Sicut aūt bonus odoꝝ scz edificationis est ex virtute. iuxta illud apostoli, Christi bonus odoꝝ sumus deo. ita ecōtrario ex vitio fetoꝝ. Quia ergo quodlibz malū per auariciā gignik. ꝑm illud s. ad Timoth. vj. Radix omniū maloꝝ est cupiditas. dignū est vt domus auaricie in fetoꝝe construatur. Sciendumq̄ ꝙ Senaar latissima vallis est in qua turris a superbientibus edificari ceperat: que linguarū facta diuersitate destructa est: que turris babylon dicta est ex ipsa videlicz

confusione gentiū atq; linguarū. Ibi ergo amphoza auaricie ponit vbi Babylon. i. cōfusio edificat: q; p auaricie impietatē certū est oīa mala exurgere: ⁊ demū ad Babylonē infernalē summe ꝓfusionis adducit.

¶ De auaricie insatiabili cupiditate. culpabili cecitate. ⁊ miserabili felicitate. p modū ꝓdicationis. Lap'in. ij.

Thesaurizat et ignorat cui cōgregabit ea. ps. xxxviij. Et quātū malū sequat ex b̄ oñdit Amb. dicēs. Oēs cupidi. oēs auari Gyezi lepra cū diuitijs suis possident: ⁊ mala ꝙsita mercede nō tā patrimoniū facultatē q̄ thesaurū cri minū cōgregauerūt eterno supplicio ⁊ breui fructu. ſ. q. ſ. cito turpē. Et ideo ꝝs signāter admonuit dicēs. Nolite thesaurizare vob̄ thesauros sup terrā ⁊c. Mat. vj. Notā dum aūt q̄ thesaurizare vel thesauros recōdere pōt fieri triplici ex cā: vt ō: in cōpendio theologie. li. iij. c. xix. Primo pōt q̄s thesaurizare ex ꝓsideratiōe necessitatis: ⁊ sic ꝓcedit parētib' secularib' ob necessitatē filioz educandoz̄ ⁊ filiarū ꝓiugio tradēdarū nō ditandarū seruato mō ⁊ statu ꝓsone. Vñ apl's. Debēt parētes filijs thesaurizare nō filij parētib'. Scō pōt q̄s thesaurizare ex ꝓsideratiōe publice vtilitatis. ſ. rei[illegible] ⁊ defendēdi: cult' dei ampliandi: ⁊ sic etiā vt licitū cōcedit p̄ncipibus: seruatis tamē debitis circūstātijs vt scz p b̄ nō dimittat subuentio extremarū necessitatū occurrentiū q̄ sciunt. Vñ et dauid ꝓparauit ⁊ seruauit magnū thesaurū salomoni p cōstructione tēpli. vt ptz. iij. Reg. Personis aūt ecclīasticis nō licet intētiōe seruādi. Vñ Amb. Aurū hz ecclia nō vt seruet sed vt eroget ⁊ det paupib'. xij. q. ij. aurū. Tertio ex affectu auaricie absq; oīi intētione ꝓuidendi sue necessitati vel aliene. Et b̄ mō thesaurizare est ꝓhibitū ⁊ mortale: ad q̄ō facit verbū Hieronymi dicētis. Accepisse pauperibus erogādū ⁊ egētib' plurimis reseruare: aut timidū est aut cautū aut certe q̄ō apertissimi est sceleris: oīm predonū vincit cupiditatē. xij. q. ij. Glozia. Cōtra hoc pceptū facit auarus ꝓut dicit ps. Thesaurizat ⁊ ignorat ⁊c. vbi ostenditur auari triplex mala condicio.

¶ Prima insatiabilis cupiditas. q; thesaurizat.

¶ Scōa culpabilis cecitas. q; ignorat.

¶ Tertio miserabilis infelicitas: q; cōgregabit ea.

Primū ptinet ad cupiditatē effect'. scōz ad cecitatē intellect'. tertiū ad facultatē effect'. ⁊ sic tota ei' vitā cōdēnat.

§. I. Prima ergo prauitas

est terrenoz̄ inextinguibilis appetit'. ⁊ iō dicit thesaurizat. i. congregare nō cessat ꝓpter sitim inextinguibilē suā generat em̄ auaricia infinitū ardoz̄ ⁊ insatiabilē sitim. vñ Amb. dist. xlvij. sicut hi. dicit. Nec finis vnq̄ nec satietas aderit cupiditatibus. Et hoc triplici ratione.

¶ Primo ratione desiderij.

¶ Secundo ratione modi.

¶ Tertio ratione termini.

Quātū ad primū. quāto pl' auar' hz tāto plus filia ꝓcupiscit. Vñ puer. xxx. Ignis. ſ. auaricie nunq̄ dicit sufficit. Ignis etiā nō extinguit ex appositiōe ligno[illegible] ficco[illegible]: sed augeſ. vñ vsus. Crescit amor nūmi quātū ipa pecunia crescit. Itē nunq̄ pecunia tristis satiat auarus. Rō hui' est q; potus pecunie nō ibi ponit vbi est sitis auari. Vñ sicut vinū in dolio nō sedat corporalē sitim: sic pecunia in bursa vel arca sitim mētis sedare nō pōt. quanto q̄ magis hec cōcupiscētia crescit: tāto etiā minus hz q̄ō ei sufficere possit: talis ergo insufficiētia rerū maiorē esuriē ⁊ amorē rerum aliū gignit: vñ est filis hydropico: q̄ quāto pl' bibit tāto āpli' sitit. Sic auar' quāto ampli' lucrat: tāto magis desiderat lucrari. Proinde Ber. ait. Auar' terrena esurit vt medicus. Scō rōne modi. Quāto em̄ modus augēdi pecunias ē facilior certior atq; securior ⁊ lucrū maius tāto inhianti ad incremētū illi' delectabilior ⁊ suauior fit nisi a tali excessu mētis vtute homo cohibeat: sed modus ipe augēdi pecunias: ⁊ speciali' p vsurā ꝓ ceteris hz p̄dictas tres ꝓditiōes: q; facilior certior ⁊ securior: ⁊ per ꝓns lucrū maius est: ⁊ ꝓpterea ad effectū succēdēdū ad cupiditatē efficacissime operat. Hinc Eccli. xliij. Insatiabilis oculus cupidi. Talis sanguisuge assimilari pōt q̄ mēbro tumido delectabili' applicat sanguinē infectū insatiabili' sugit. Et dū infirmū mēbrū a putredine sanat fibijpsi nescē lugēdo ꝓcurat. Sic insatiabilis auarus dū venenosaz pecuniā p auariciā bibit insatiabilē aliū infirmū q̄si sanat dū sanitate indigentē aliq̄n subleuat: sed ipse seipm occidit p ꝓpriā. Vñ Prouer. penul. Due sunt sanguisuge que semp dicūt affer affer. ſ. cupiditas ⁊ luxuria. Sepeq; ptingit q̄ō ō: Eccli's. iiij. Vn' est ⁊ scōm nō hz: nō filiū nō fratrē ⁊c. ⁊ tm̄ laborare nō cessat. nec tm̄ satiant oculi ei' diuitijs ⁊c. Tertio rōne termini. Scōm em̄ Arist. ſ. Politic. finis auari est augmētatio pecunie. Appetitus aūt finis ꝓ̄m eū est infinit'. ꝓpter q̄ō beatitudinē appetim' quasi infinitū: quāto magis possum' cogitare. ⁊ quāto fort' et intēsius nō valemus. Et hinc est q̄ sicut ipe ait. Pecunie amatores totā suā substā ⁊ industriā ⁊ potentiā ordināt ad pecunie lucrū. Preterea creatura rōnalis ad imaginē dei facta creatoris oībus occupari pōt. repleri autē oīno nō potest: q; capacē dei q̄cq̄d min' est deo iplere nō pōt. Insup vllū corpus in spūali ꝓtineri impossibile est. Nam sicut sapiētia nō potest ipleri arca: sic nec pecunia potest impleri aia. Vñ Ber. Non plus satiabit cor hois auro q̄ corpus aura: ⁊ auar' nō implebit pecunia. Eccs. v. Hinc em̄ in figurā thesauri hiericho fuerūt anathematizati. Et q; achor tulit aliq̄d ex eis ꝑ dñi mandatū lapidatus fuit. vt habek Josue. vij. ad figurādū vt exponit venerabilis Hfan'. ſ. q. iiij. ecclesia. §. seq. q̄ thesauri huius mūdi non debēt transire in sortē fideliū. i. nō debēt fideles thesaurizare. Hiericho em̄ interptat luna. ⁊ significat mūdū qui mutat vt luna crescēdo ⁊ decrescendo in hoibus quoad tēpora alia. Jsraelite interptant videtes: ⁊ significant fideles. Achor significat auarū qui ꝓtra voluntatē dei cōgregat: ⁊ ipse sentētia dilapidat dānationis. Quidā auar' cū ꝓposuisset implere arcā p fas ⁊ nefas. deinde a labore cessare cepit parce viuere. deinde ad arce implētionez multiplici vitio: scz mēdacij piurij fraudis ⁊ hmōi laborare. Lūq̄ nondū arcā implesset timēs diabolus ne arca repleta amitteret eū ei taliter guttur cōstrinxit q̄ quicq̄ nō poterat deglutire. Deniq; allatarijs cibis cepit eger clamare dicens. Crucior: crucior. heu morior fame: sed q; a diabolo strangulor: manducare non possum. Quo dicto cum diabolo spiritum exhalauit. Exēplus

§. II. Secūda prauitas est

cecitas mentis. ⁊ ideo dicit ignorat. Ignorantia autē est quedaz cecitas mentis precipue circa salutifera. Nempe quāto magis corporalis oculis ad infima inclinatur terreq; propior fit: tanto magis restringitur corporei' visus ⁊ econtra si ad superiora eleuatur. Proinde si oculi vni' hominis essent in celo tota terra que nobis tam immēsa videtur quasi breuissimus punctus appareret. Sic nēpe cordi diuino amore suspenso atq; deo coniuncto terrena cuncta nihil esse videtur. Sed ab his qui spirituales oculos statuerūt declinare in terram magis estimātur: quia spūali lumine priuati sunt. Unde de hoc ppheta Dauid ait in ps. xlviij. Non videbit interitū cum viderit sapientes morientes simul insipiēs ⁊ stultus peribunt: ⁊ relinquent alienis diuitias suas. ⁊ sepulcrū illoz̄ domus eorū in eternū. In quibus verbis ppheta tres cecitates ostendit in tali hoie. Prima dānationis. Scōa derelictionis. Tertia habitationis. Quantū ad primā cōsiderat auar' q̄ sic ⁊ pauperes iusti: sicut ⁊ mali alij moriuntur: ⁊ excecatus puluere terrenoz̄ aliam vitam nō credit: ac per hoc dānationem suam nō videt. Et quātum ad hoc dicit Triplex cecitas auari.

ps̄.Nō videbit ⁊c.ſ.oculo fidei interitū ſuū.ſ.eternū. Et cām huj⁹ ſubdit. Cū viderit ſapiētes moriētes.i.vtuoſos Hinc Eccs.ij. Oculi ſapiētis virtuoſi in capite ei⁹.ſ.oculi mētales ſunt eleuati⁊ locati in capite.i.p̄po nō in his trāſi toriis. Et ſequit. ſtult⁹.i.auar⁹.in tenebris ambulat.i.in terrenis que tenebroſa ſunt vt terra. Et ſubdit ps̄. Simul inſipiens ⁊ ſtultus peribūt. Inſipiens q̄ futura nō intelli git nec credit. ſtultus q̄ negligit ea ſcire co:pore ⁊ aia fil' peribunt tales auari. Scōa eſt cecitas derelictionis: q: derelinquent alienis diuitias ſuas: nec em̄ ſecū aſporta/ bunt teſte Job qui.xxvij.ait. Diues cū dormierit nihil ſe/ cum affert. aperit oculos ſuos ⁊ nihil inuenit. Amō. Non ſunt hois bona que ſecū afferre nō valet. Sepe quoq; ad litterā cōtingere ſolet q̄ alienis diuitias ſuas relinquunt. Vñ eccs.vj. Eſt aliud malū qđ vidi ſub ſole. ⁊ quidē fre/ quens apud hoies: vir cui dedit de⁹ diuitias.ſ.p̄miſſiue ⁊ ſubſtātiā ⁊ honorē ⁊ cetera q̄ ſequunt: ibi vide q: ad p̄po ſitū. Inſup ⁊ cōſanguinei ſepe alieni ſunt dū auari morē deſiderāt vt habeāt illa bona: qđ dñs inſinuare volēs ait Matthei.x. Inimici hois domeſtici eius. Et vē inimici illi ſunt cū ſepe contingat q̄ filij ⁊ ceteri conſanguinei ne auarus q̄ acq̄ſiuit p furtum rapinā ⁊ fraudes ⁊ vſuras et ludos ⁊ hmōi reſtituat aliena: malicia aut violentia im/ pediunt ne conficiant teſtamēta ⁊ cautiones. qđ dei iuſto iudicio euenit vt nō poſſint cū volunt quādo cū poterant noluerunt. Tertia cecitas eſt habitationis: q: quaſi opi/ nari tales videnk q̄ in ſepulcris ſuis debeāt habitare ſem per. cum ſcz ita faſtuoſe ea ornāt ⁊ in locis ſacris collocāt illa. Et de hoc ſubdit. Sepulcra illoz domus eoz in eter/ nū. Proinde ad tales p Eſa.xxij. Quid tu hic.ſ.in eccleſia aut quis hic: q: excidiſti tibi ſepulcrum. Excidiſti in excel ſo memoriale diligēter in petra tabernaculū tibi. Ecce do minus aſportari te faciet ſicut aſportak gallus gallinaci⁹ ⁊c. Exemplū in lib.dial'.de ſepulto in loco ſacro malo ho mine. Itē in canone. Greg. Quos pctā grauia deprimūt ad maiorē cumulū dānationis potius q̄ ad abſolutionez eoz corpora in eccleſijs ponūtur. in.c.cū grauia.xiij. q.ij. Et hoc p̄pter p̄ſumptionē cōmiſſam ab eis in vita ordi/ nādo de hmōi ſepultura p̄pter faſtū mūdi. Cōiter accidit auaro qđ dr̄ Hiere.xxij. Sepultura aſini ſepeliek. De aſi/ no mortuo tres ptes fiunt. Una ps eſt pellis ⁊ hec eſt ei⁹ qui poſſidebat. ⁊ ex hoc corio fit tympanū. vñ hoies gau/ dent et tripudiāt ad ſonitū eius. Scōa pars.ſ.caro eſt ver mū. Tertia ſunt oſſa que exponunk ventis frigoribus et calor⁹ duratura. Sic de auaro fiunt tres ptes. Nā tpa/ lia q̄ ſunt vt pellis remanēt ſuis cōſanguineis vñ gaudēt ⁊ tripudiant corpaliter: corp⁹ vo efficik eſca vermiū ani/ ma cū potētijs ſuis q̄ ſunt vt oſſa p̄manentia exponūtur frigori ⁊ calori inferni. Juxta illud Job.xxiiij. Tranſibūt ab aquis niuiū ad calorē nimiū. Ita diuiti illi q̄ intende/ bat theſaurizare ſibi dicens. Alia mea habes multa bona poſita in annos plurimos. fuit dictum. Stulte hac nocte aiam tuā repetent a te.i.demones auferēt. que aūt para/ ſti cuius erūt. Et addit dñs ieſus poſt iſtud exēplū dictū. Sic eſt ois q̄ ſibi theſaurizat: ⁊ nō eſt in deū diues. Luc. xij. Legik in chronica martiniana q̄ quidā diues dedit⁹ auaricie emebat blada tpe meſſium multa. ea ſeruās vt cariſtiā induceret: ſed dei iuſto iudicio miſerabiliter mo/ tuus eſt. Nam cū eſſet in quodā portu in terra ad iſta tra/ ctandū ſubito mures innumeri de terra egredientes co/ rā omnibus aſcenderūt ſup corpus ei⁹ ad rodendū eū: et cū non poſſent eū multi a muris⁹ defendere portauerūt eū in nauim. Sed de naui tot exierūt ibi mures q̄ nec eū ibi potuerūt defendere. ſz demū a muris⁹ occiſus ⁊ corro ſus eſt: ſicut ipe potius permittebat blada marceſcere: ⁊ a muribus cōſumi q̄ cōgruo p̄tio vendere.

Exēpluz

§.III. Tertia p⁊auitas eſt

ſeruitus miſeranda. Et ideo dicit ps̄.cui p̄gregabit ea. vt ſit interrogatiua locutio. quaſi dicat nō ſibi: q: oīa dimit/ tet: ſz alijs qui male vtenk eis: ⁊ p̄pter quā p̄gregationē tradek in man⁹ demonioz: ⁊ eis ſeruiet in inferno. Et cer te iſta eſt miſerabilis ſeruit⁹ ⁊ infelicitas: vt faciat ſe ſuū diuitiarū ad cōgregādū vñ efficik ſeruus diaboli ad cru/ ciandū. Auarus ſeruus eſt diuitiarū: qđ manifeſte decla rat p̄pheta dicēs. Dormierūt ſomnū ſuū ⁊ nihil inue.oēs vi.diui.in manibus ſuis. Ordo q̄dē cōgru⁹ eſt q̄n diuitie ſunt viroz: nō aūt q̄n viri ſunt diuitiarū: quē ordinē puer tit auaricia vt viri diuitiarū fint ⁊ nō ecōuerſo. Triplex em̄ ſeruile officiū ſub domīnio diuitiarū auari habent.

¶ Primum eſt ad obediendum quod pertinet ad nutus auari mos multiplicandum.

¶ Scōm eſt ad cuſtodiēdū qđ ptinet ad p̄ſeruandū.

¶ Tertiū ad p̄formādū: qđ ptinet ad illos ad p̄formādū

Quātū ad p̄mū officiū.ſ.obediēdū. Tāto nēpe fragrāti deſiderio atq; voto tātaq; ſeruitute atq; ſubiectione cor dis oris ⁊ opis dedicat⁹ eſt auar⁹ obedire nūmis ad nū mos ſeu ad pecuniā multiplicandū q̄ ad p̄ceptū ei⁹ cōgi tat impia ⁊ iniqua. In corde em̄ frequēter verſant ſtudio ſe cogitatiōes parate ad decipiendū circūueniēdū: fallen dū. Fabricanť cauillatiōes iniuſticie. ſimulatiōes. calliditates. querītates. malicie. p̄ditiōes et hmōi. Ad iuſſiones illi⁹ multiplicat auar⁹ mēdacia. periuria. ſophiſtica vbe frāgit p̄miſſa ⁊ cetera filia p̄cipiēte illo abſtinet a delica tis cibis. a veſtib⁹ p̄ciosis. a ſolatijs. a q̄ete. ⁊ a ſomno. pa trat quoq; crudelitates. iniuſticias. nequicias. ⁊ filia. Ju ſup ad impiū ei⁹ exponit ſe laboribus ⁊ erūnis. Itinerib⁹ ſepe. periculis fluminū. piculis latronū ⁊c. in fame et ſiti ⁊c. que noīat apls.ij. ad Cor.xj. Sz apls p̄pter deū. auā rus p̄pt nūmū: ⁊ qđ eſt mirabili⁹ q: nūm⁹ p obediētia co git animā ſuā dare in manib⁹ demonū: qđ ipſe facit liben ter vt verificek illud Eccs.x. Pecunie obediūt oīa. ſ. locu tiōes opatiōes ⁊ cogitatiōes. Scōz ſeruile officiū eſt in cuſtodiēdo que.ſ.iā male acquiſita ſunt. Vñ ſup Lu.xvj. Nō poteſtis deo ſeruire ⁊ māmone. Glo. ſeruit diuitijs q̄ cuſtodit vt ſeru⁹: ſed q̄ ſeruitutis excuſſit iugū: eas diſtri buit vt dñs. In b aūt manifeſtiſſimū ſignū eſt q̄ auar⁹ nō fit dñs diuitiar. nec poſſeſſor. ſz tm̄modo cuſtos: q: de eis nō pōt facere q̄cq̄d vult: etiā bonū qđ iudicat eſſe facien dū. vñ Bern̄. ſup cant. Quere a quouis eoz q̄ lucris tpa libus inhiāt inſatiabili cord: q̄d ſentiāt de illis q̄ ſua vē dētes ⁊ paupibus erogātes regna celoz p terrena ſubſtā tia mercank: ſapiēter ne agāt. Reſpōdebit p̄culdubio. ſa piēter. Quere iterz. Cur qđ approbat nō facit. Nō poſſuz inquit q: dña auaricia nō p̄mittit. Nō eſt ergo auarus do minus eoz que hr̄e videk niſi forte eo mō loq̄ndi quo ois dñs eſt cōpedū quib⁹ cōpedit⁹ tenek qui tamē potius illi dominank q̄ ſeruiant ei: ⁊ dū quodāmodo videk cuſtodi re eos cuſtodik ab eis. Sic auarus cū ipſos denarios vi dek cuſtodire māmone iuſſu i cuſtodia retinek ab eis de mū in pūcto mortis tradēdus in man⁹ demonū. Tertiū officiū ſeruile ē ad cōformādū. ſ. marſupio ſuo ſiue in pro ſperis: ſiue in aduerſis. Hinc Bern̄. loquik auaro di. Cō formaris burſe tue tanq̄ ſeruus dño ſuo dū qñ illi nece/ ſario cōgaudet illi gaudēti: cōdolet dolenti. Tu q̄ creſce te marſupio tuo creſcit pariter ⁊ aio: ⁊ decreſcēte pariter decreſcis. Nam p⁊aheris triſticia dū illud euacuaſ: ⁊ lol ueris leticia aut inflaris ſuphia cū illud implek.

§.IIII. Queritur cū tēpore

famis ſint multi pauperes ⁊ alīq̄s theolog⁹ p̄dicato: tz plures libros in quib⁹ ſtudet vt poſſit p̄dicare ⁊ conſulere vtrū debeat in hac neceſſitate. cū ſcz ab alijs nō ſubueniť libros ſuos vēdere ⁊ p̄ciū pauperib⁹ erogare: ⁊ p̄filia ⁊ p̄di cationes dimittere. Reſpōſio p̄m Alexan. de ales.ij. par/ te ſum. q.xliij. ſic. Licz em̄ p̄dicare ex gr̄a ſuo ſit maior bo nū q̄ dare elemoſynas: eo q̄ elemoſyna ſpūalis ſit melior corpali: tm̄ imminēte neceſſitate meli⁹ eſt elemoſynā dare

q̄ predicare. Vñ t pbs dicit q egēti meli⁹ est ditari. i. subueniri q̄ philosophari. Et ꝺ duplici rōne ꝓbat. Primo q: sine libris vl'cū paucis pōt q̄s p̄dicare. Scōa: q: ꝓsuppositō q ita ignarus esset q nesciret sine libris predicare: deberet ad tps a p̄dicatiōe abstinere vt pauperib⁹ subueniret: nisi sciret q ꝓpter defectū p̄dicatōis hoies irēt in perditionē: tūc em in tali casu ꝺz libros retinere t nō vēdere: cū eū moueret zelus aiarū t nō cupiditas librorū. Et itelligit hoc de magnis necessitatib⁹: tūc em hz locum. Pasce fame morientē. si nō pauisti occidisti. di. lxxxvj. t. c. non satis. Itē ꝑm Alex. vbi. s. Quāto auarus plus superflua cō gregat tanto plus peccat q̄ minus cōgregās. t hoc tū q: magis recedit a virtute que ꝓsistit in medio: tum q: plus dāmificat primū: tum q: maior cupiditas est in eo.

¶ De sex prauitatibus auaricie: per modum predicationis. Capitulum .iij.

Sclina cor meum ꝺe⁹ in testimonia tua. i. in affectū diuinor eloquior q̄ testificanē de deo: et nō in auaricia. ps. cxviij. Auarus dicit quasi eris. i. pecunie auidus. Assimilat aūt hydropisi que facit hoiem sitire. q̄ quanto plus bibit tanto plus abundat inordinato humore. Sic auarus quāto plus habet tanto plus appetit habere. Vñ Augu. Fideli totus mundus diuitie sunt: infideli autē etiā nec obolus. xiij. q. iiij. Quid dicā. i. bono xpiano quelibet ps minima mūdi. i. rerū tpaliū: est sibi ad diuitias t contētus est: ſz in fideli. i. auaro (qui dicit idolatra. vñ t infidelis p similitudinē vt dictū est) si totū mundū haberet nec obolū sibi videt habere. Cōmuniter aūt hydropisis nō sanat t p̄cipue in senibus ꝓpter defectū caloris naturalis: nisi miraculose. Vñ in euangelio dicitur de hydropico posito ante xp̄m q apprehēsum sanauit eū. Lu. xiij. Genus em humanū q̄ ꝺ reperit auaricie deditus p̄maxime sm illud Hiere. vj. Ꝺes auaricie studēt. sanauit exēplo dū paup vixit t grāz attulit t doctrinā mūdo dicēs Luc. xij. Attendite vobis. i. cauete ab omni auaricia permaxime. auaricia est peccatū graue t periculosus ad dimittēdū illa: que cōmittit in malis acquirendo t p̄cipue in casibus in quib⁹ opz facere restitutionē q: rari ad istā faciendā se disponunt. Et de hac Ezech. xxij. dicit. Principes eius in medio ei⁹ q̄si lupi rapientes predā ad effundēdū sanguinē t auare lucra sectanda. Et sm hoc auaricia ex genere suo. i. ex materia est mortale sm bea. Tho. ij. ij. q. cxviij. pertinet em isto modo ad auariciā iniuste p furtū: rapinā: usuram: fraudulentiā: fimoniā: turpe lucrū: t alia hmōi: acq̄rere q̄ ꝺ se sunt mortalia t nō solum opere ſz etiam appetitu deliberato solū. Et in huius figurā declarauit dñs quedā aialia esse immunda nec debere eis vesci: que significāt rapinas t iniustas acquisitiones. sm Tho. ij. ij. q. cij. arti. iiij. vt griphum qui equestribus hoib⁹ est infestus. t significat crudelitatē potentū t opp̄mētiū. Alietū q̄ pascitur minutis auibus et signat molestos pauperibus. Miluū qui maxie infidijs vtit. t signat fraudulētos. Vulturē qui sequit exercitum expectās comedere cadauera mortuor: t signat eos qui mortes t seditiones hominū affectāt vt. s. inde acquirāt. Strutionē q̄ cū sit auis volare nō pōt: t signat deo militātes t clericos t religiosos se negocijs secularib⁹ implicātes. Nicticoracē q̄ est i nocte acuti visus t in die nō videt: t signat eos qui in tpalibus sunt astuti t in spiritualibus hebetes. Accipitrē q̄ seruit hoibus ad p̄dā. t signat eos q̄ ministrāt potentib⁹ vel usurarijs ad p̄dādū. Cygnū q̄ est coloris multū cādidi t longo collo q̄ ꝺz ex ꝓfunditate aque vel terre cibuz q̄rit: t signat hypocritas q̄ p iusticie exteriorīs cādorē terrena lucra q̄rūt t dignitates t hmōi. Onocrocalū que est auis in ptibus orientis q̄ hz in faucibus folliculos in quibus primo cibū ponit. post horam in ventrē mittit: t signat eos qui sunt nimis sollicīti ad tē poralia vesci. His p̄fatis morabr est inde: p̄orare sibi tales mores t eis vti q̄ nō licet. Unde aplus ad Hebre. vlti. Sint mores in vobis sine auaricia. Notanduz q̄ sex sunt prauitates que reperiuntur in auaricia.

¶ Prima est angustia cordis.
¶ Secunda est opprobrium vite.
¶ Tertia illaqueatio diaboli.
¶ Quarta certitudo dānationis.
¶ Quinta impenitens malum.
¶ Sexta horribilitas mortis.

§. I. Prima ergo prauitas

est angustia cordis. In mira quidē angustia viuit cor auari. vt dicere possit illud Dañ. xiij. Angustie mihi sunt vndiq̄. Triplicem angustiam dolorosam experitur auarus miser circa diuitias temporales. Angustia auari.

¶ Primam in eas acquirendo.
¶ Secundam in eas expendendo.
¶ Tertiam in eas amittendo.

Primā q̄dē angustiā experīt in diuitias acquirēdo. Nā nocte t die q̄tē q̄rē repire nō pōt. Sero q̄dē anteq̄ inquietā q̄rē dormitās sumat pgit reuidere denarios suos. Illos nūerat remouet speculat t cōtēplat osculat t amplexat: t tanq̄ victima t aie sue medelā apponit cordi. O q̄ specularet clā gestus modos t actus t ỽba q̄ circa denarios solus i secreto seruat: nō absq̄ admiratione replerēt risu. Deniq̄ post locatos denarios i loco tuto reliquā circūit domū: scrutat minima: rimat cūcta: reuidet reliq̄: cōsiderat cetera: t nihil de tota supellectili dom⁹ sue inexaminatū t indiscussum relinq̄t. Tādē dormitū pgens sobrio seu pco somno illo q̄ dormit somniat qđ cōcupiscit vl timet. Nūc apparet ei se repisse thesaurū magnū: nūc maiorē ei fuisse ablatū. t illo letat: iocūdat: t dormiēdo exultādo ridet: ex alio tristat t lamētat: lachrymat ploꝛat clamat et dolet cōquerit t suspirat. t vix absq̄ cōsiliō somnio transit somnū. Qua ligua exprimi posset quāta mestitia obruit. cū euigilādo defraudatū se repit de thesauro nūc in somnio tā certe repto. Proinde contingit ei sicut Esa. xxix. ait Sicut somniat esuriēs t cōedit: cū autē fuerit expgefact⁹ vacua est aia ei⁹. t sicut somniat sitiēs t bibit t postq̄ fuerit expgefact⁹ lassus adhuc sitit: t aia ei⁹ est vacua. sic. s. cōtingit his auaris. Quis etiā deprimere posset leticiā cordis ei⁹ cū cōperit expgefact⁹ non extitisse verū q̄ ablatus fuisset ei thesaur⁹ quēadmodū somniauerat pauloante. de die q̄z etiā mioꝛē q̄tē hz. Nā summo mane domū egrediēs plateas t loca publica visitat aio inq̄eto circūiens t q̄rēs quē deuoꝛet aia ei⁹. t tanq̄ leo egressus de antro nō reuertit donec apprehēsa p̄da escā puulis catulis. i. natis suis ferat. sicut testat Eze. xxij. Leo rugiēs capiensq̄ p̄dā douoꝛat aiaz paupis. Primꝰ auar⁹ in mūdo fuit reprob⁹ cayn q̄ ob auariciā obtulit deo de fructib⁹ destruct⁹ t corrosis nō de bonis: vt dicūt hebrei. t ī nō respexit dñs ad munera ei⁹. hic primꝰ edificauit ciuitatē: vt. s. posset cōgregare filijs suis t filij ablata ab alijs retinere: ſzvag⁹ t pfugus exist a facie dei. t demuz occisus t desperat⁹ est. Sic auar⁹ vag⁹ p mūdū i acq̄rēdo aliq̄n occidit t despationē incurrit. Scōam q̄dē angustiā exp̄it in diuitias expēdēdo. Tāta em miseria premit tāta auaricia atq̄ tenacitate constringit q̄ quādocūq̄ de sua suba diminui cernit oculū sibi cecidisse videt. t ꝓpter hoc q̄dē totā familiā suā in amaritudine tenet. Subtilissime enim discutit t numerat expēsas panis: vini: olei: carniū salitar: ouor: gallinar et quarūcūq̄ minutarū rerū. figit frenū artissimū expēsarū. Et si q̄d vltra diminutū i domo repit defraudatū se dicit. de gulositate et ebrietate t latrocinio oēs de familia sua mouet ad abstinētiā: parcāq̄ vitā hortat eos: obseruat t numerat comedentiū bolos t potuū vices continue interim amaritudine vitur t turbat. Sepe cōquerit dicens. In domo hac nō sunt nisi latrones t lupi: ac lamētabiliter sepius ait, Vos roditis mihi ossa. Ex his t similibus

clarescere pōt.q nec ipe in ppria domo aliquo tpe pacez habet: nec familia sua cū eo quietē repire pōt. vt verificet qō de talib⁹ Esa. xlviij. c. ait. Non est pax impīs. dicit dñs. t iterū Prouer. xv. Cōturbat domū suā qui sectat auaricia. Similis est talis auar⁹ cani qui cuz paleas sup qs cubat t dormit nec ipe comedit nec ipe alīs finit asportare immo si quis eas inde asportare velle se monstrat: nō cessat latrare t qñq; mordere. Sic talis miserabilis hō auarus: nec vtitur diuitīs quib⁹ preest: nec alīs fine latratu t morsu canino pmittit vti. Talis vtiq; non est aptus ad pfectū tētationū cōtra inimicos ppli dei. i. demones: q; sub isto pstrnika diabolo in oia vitia. Unde beda. Quēcūq; arripuerit humana cupiditas mox in oim prosternit ima vitiorū. de pe. di. iiij. In huj⁹ figurā legit Judi. vij. q qui erāt cū gedeone bellaturi cōtra madianitas illi qui de fluuio inclinati sumpserūt aquam manu pjicientes ad os ili fuerūt electi ad pfectū: q vo pstrauerūt se totos mittētes os in fluuiū vt inepti fuerūt repudiati. ad significādū q illi q tm necessaria accipiūt de rebus trāsitoīs q fluūt vt aq sunt apti ad vincendū diabolū t vitia. Sed q totalr se immergūt vt auari nō sunt apti ad vincēdū. Tertiā angustiā talis expit in diuitias amittendo: Que lingua dicere posset quātodoloze torqueat. quāta amaritudine cruciet quātoq; meroze afficiat. qn aliqd de suba sua casu amittit t in mari piclitat: seu pda vel furto seu alio mō subripit t fraudatur. Hinc Eccls. v. ait. Est alia infirmitas pessima quā vidi sub sole diuitie cōgregate in malū dñi sui: pereūt em in afflictione pessima. Admirāda g sapia saluatoris q respiciēs q cupiditatē via duceret ad hospitiuz ifernale si ea dimitteret aptā facilē t planā: fecit fic agricola prudēs q viā p quā neminēvult trāsire fossat pcidit ac palis in terra cōfixis applicat pūgētib⁹ spinis illam obstruit atq; munit. Sic dei sapia in itinere diuitiarū posuit āgustias multas in acquirēdo timores: t sollicitudines in pseruādo: t dolores plurimos in amittēdo: vt fic saltez hoies impedirētur p talē viā cateruatim ad infernū currere. Un Osee. ij. Sepiā vias tuas spinis &c. t sequit. Et dicet. reuertar ad virū meū prioze &c. idest rōm p mediū tribulationis.

§. II. Secūda prauitas est

oppzobziū vite. Tota nempe auari vita oppzobziis plena est. Tria inter alia sunt oppzobzia vite eius.

Auari sunt tria oppzobzia.

¶ Primū est inertia.
¶ Secundū malicia.
¶ Tertium infamia.

Primū oppzobziū vite eius est inertia. per auaricia em tollit sibi operositatez ois debiti modi p curādi sibi licita t salubzia lucra. t p tanto efficit desidiosus: accidiosus: ociosus. Ex hoc etiā auaricia necessitat hoiem ad indebitos modos lucrādi ō legē quaz dedit dñs Gen. iij. di. In sudoze vult⁹ tui vesceris pane tuo. Sed tales sicut ppha ait. in laboze hoim nō sunt t cū hoibus nō flagellabunt. s. qñq; in vita: sz post mortē cum demonib⁹ semp flagellādi sunt. Scōm oppzobziū ē malicia q sequit ex pcedēti inertia. Nā sicut Eccī. xxxiij. scriptū est. Multā malicia docuit ociositas. i. iners vita ad tantā maliciā scelerū tales ducit q aiam suā p quolibet vili nūmo venalē pbet. Maximū vtiq; scel⁹ est aiam in tāta sublimitate creatā. i. ad imaginē dei formatā. tāto pcio. i. sanguine xpi redēptā. ad tantā gliam ordinatā p tā vili pcio venūdari. Hinc Eccī. p. Auaro nihil ē sceleſti⁹ hz em aiam suā venalē. ex quo manifeste apparet q p nūmo talis pcipitaret se in infernalē vozagine oim scelerū t flagitioz nisi forte aliquo mūdano timore refrenaretur. Tertiū eius oppzobziū est infamia. ita auaricie scelus reddit hoiem infamē p usurā q aliqn nullus nisi infidelis eam audet publice exercere. hi qdez sunt illi de qbus Prouer. ij. Qui relinquūt iter rectū t ābulāt p vias tenebzosas: q letant cū male fecerint t exultant in rebus pessimis: quoz vie puerse t infames gressus eoz

§. III. Tertia prauitas est

illaqatio diaboli. Tāta ē ptās quā exigēte b scelere dño p mittēte suscipit diabol⁹ sup tales eo q operāte auaricia.

¶ Primo se illaqueat.
¶ Secundo se intricat.
¶ Tertio presumptuose sperat.

§. II. Ponuntur casus speciales in q̄bus licitū est dñis exigere a subditis vltra consuetū vel statutū. Et Ray. exp̄mit q̄ttuor. Prim⁹ casus ē quē etiā posuit. s. b. Tho. p defensione p̄sone cum. s. iniuste inuadit ab hostib⁹. et marie p defensione sue ciuitat⁹ vel castri vel ville. Ad h̄ em̄ tenent oēs nō solū res suas ptiri sed etiā coꝛpaliter laboꝛare. munire se in castris vl̄ in ciuitate vigilare: vt sic seipsos ⁊ res suas saluēt. xxiij. q. iij. c. fortitudo. ⁊ de imu. eccle. p̄uenit. Scōs ē si dñs vult ire in exercitū indictū ab eccl̄ia vel a p̄ncipe ꝛ hereticos vel paganos. nec de suo absq̄ graui dño posset facere expensas necessarias: tūc em̄ pōt a subditis auxiliū moderatuz petere. Tertius est si in guerra vel in bello iusto ex parte sua captus sit ab hostib⁹: nec pōt soluere redēptionem petitā ab eis absq̄ graui dāno. Sed si in bello iniusto captus esset non posset redēptionē suā exigere a subditis: ⁊ si exigeret totā vl̄ partē teneret restituere eis fm. b. Tho. in p̄dicta epl̄a. Quart⁹ est si vellet ire ad p̄ncipē p obtinēdo p̄uilegio specialis p̄tectiōis p se ⁊ p eis: nec posset de suo expensas ad hoc vtiles facere ⁊ necessarias absq̄ graui dāno: vel etiā si qua alia filius cā emergeret. dum tn semp moderate ⁊ nō ad grauamē eoꝛ ⁊ cū charitate ⁊ nō ex violētia exigeret. x. q. iij. c. Unio. circa mediū. ⁊ de cēsi. c. cū apl̄s. vbi dr. Prohibem⁹ ne subditos suos tallijs ⁊ exactionibus epi grauare p̄sumāt. Sustinemus aūt p multis necessitatibus q̄ aliquotiēs supueniūt: vt si manifesta ⁊ rōnabilis cā extiterit cuz charitate moderatū valeāt ab eis auxiliū postulare. Inn̄. etiā sup dicto. c. cū apl̄s. dicit q̄ subditi p̄nt p ep̄m cōpelli ad p̄stādū auxiliū in necessitate. Glo. etiam Guil. sup illo vbo. si qua alia cā similis. addit alios casus dicēs q̄ sunt alique alie cause vtilitate ⁊ pbate alicubi p̄ter predictas. Sit ergo q̄nt⁹ casus tres includēs q̄n dñs maritat filiā suā vel filiū suū facit militē aut releuat feudū suū. aut nouū auget cooperando. talia cū videt respicere cōmodū subditoꝛ: p eo q̄ cū dñs maritat filiā sibi acq̄rit amicos: ⁊ augēdo feudum fit ditioꝛ: ⁊ cum facit filiū militē fit potētioꝛ ad defendēdū terrā: tunc ergo plus pōt petere dñs a subditis q̄ ante: nec credo q̄ q̄ talia recipiūt dānandi sint vbi cōsuetuz est vel cōstitutū dum tn non recipiāt vltra cōsuetum vel cōstitutum. Si tn aliq̄d est cōsuetū vel constitutū: ⁊ fic ad arbitriū exigi consueuit cū moderamine exigāt. Cōcoꝛ. cū Ray. Ul. Guil. ⁊ Host. Qui Hosti. addit etiā sextū casum q̄ est multiplex. s. circa refectionē pontiū ⁊ viarū: ⁊ q̄n iusta cā depauperatus est: vel nimis obligat⁹: vel q: nō ꝯz quid comedat. In talibus ⁊ similibus tenent subditi dño subuenire: imo et vasalli debēt in h̄mōi se recognoscere obligatos. Et hoc q̄si vbiq̄ cōprobat cōsuetudo gn̄alis q̄ cum rōnabilis sit censenda ab oibus est seruāda. Et in hoc etiā concoꝛdat dctūs Tho. vt ptz in p̄cedenti. §. Si aūt dñi vel officiales eoꝛuz aliq̄d cōtra formaz p̄scriptā extoꝛqueāt a subditis inuitis directe vel indirecte fm Ray. rapinā perpetrāt ⁊ ad restitutionem tenent. Similr si qui p̄lati eccl̄iastici procurationem vel seruitiū aliq̄d impēdant legato vel alij ⁊ plus a subditis extoꝛqueant q̄ soluerint: rapinā cōmittūt: ⁊ tenent extoꝛta restituere: ⁊ tantūdem de suis paupibus erogare: vt ex eē immu. eccle. c. q: pleriq̄. Dic aūt bea. Tho. in p̄dicta epistola ad ducissaz: q̄ si id qđ ab officialibus dñoꝛ iniuste exactū est peruenit ad manus eoꝛū dñoꝛum restituendū est vel certis p̄sonis si sciunt vel in pias causas seu in vtilitatē cōem si nesciunt. Si aūt ad manus dominoꝛū nō peruenit qđ iniuste extoꝛtū est debēt nihilomin⁹ ipsi dñi cōpellere suos officiales ad restitutionē simile faciendā: ne de sua iniusticia lucrum repoꝛtēt: immo ⁊ tales sunt a dñis grauiter puniēdi vt ceteri a similibus abstineant in futurū. Sicut salomon dicit q̄ pestilente flagellato stult⁹ sapientioꝛ fiet. Hec thomas. Dicit etiā Ray. q̄ si ex aliquibus circūstantijs videt ipsis dñis impossibilis vel multū difficilis talis restitutio: satis videt q̄ possit h̄mōi p̄ncipibus ⁊ militibus cōsuli q̄ in recōpensatione remittēt eis de eoꝛ assensu ⁊ libera volūtate aliquā seruitutem seu annuā p̄stationē in perpetuū vel ad tp̄s: ita q̄ plenissime videret eis satisfieri: vel etiā facerēt in remissionē peccatoꝛum illoꝛū q̄bus tenent aliq̄d hospitale vel opus filius pietatis cū cōsensu tn eoꝛū si pōt reqri. Itē dicit Ray. q̄ dñi qui nihil recipiūt a subditis nisi tallias vel q̄stus: si de nouo est petita vel q̄sita talis tallia nō dz exigere ⁊ qđ male fide percepit dz restituere si pōt. xiij. q. vj. si res. Et idez dicit si ab antiquo est soluta sibi et antecessoꝛibus suis: sz nescitur vel credit iniusta causa fuisse imposita. ⁊ concoꝛ. Ul. addit tn Ray. q̄ si est verus dñs ⁊ nihil pcipit penit⁹ cuz tn videat vir credibile: q: ad minus iusticias recipit. debēt subditi aliq̄d inter se statuere qđ detur sibi in signū subiectiōis ne alꝭ inutiliter videat ee dñiuz rei sue penes eū. ar. optimū. xviij. q. ij. c. eleutherius. ⁊. j. q. iij. si q̄s obiecerit. Et si dubitet de quantitate h̄mōi subfidij. Credo inquit Ray. q̄ debēt seruare qđ in vicinis villis vel castris vel p̄uicijs obseruat: ita tn q̄ nō graueꝭ villa illa vel etiā eligat illa cōsuetudo vel minus soluit q̄n diuerse cōsuetudines reperiunt. ex de cōsue. cū olim. ⁊ de cēsi. c. ex parte. ⁊ dicit gl. Guil. q̄ credi pōt vel sciri pbabiliter ex iusta cā ab antiquo fuisse tallia vel collecta imposita ⁊ exacta q̄n sup hoc reperit confectū instrumētum: vel si est seruatum hoc a tpe quo nō exstat memoꝛia in cōtrariū p̄sumendū est fm q̄sdam q̄ ex iusta cā fuerit imposita. arg. dist. xij. c. illa qđ credo nisi fit violēta suspitio in ꝯrium p̄sertim cū dicat q̄ in lōgissimis p̄scriptionibus nō opz pbare titulū. Dicit etiā idē Guil. q̄ illi dñi qui habēt de consuetudine cum subditis suis q̄ de mobilibus suis capiāt quantū volūt ⁊ q̄n volūt: ⁊ cuz suspicant eos velle transire ad alium dñm oīno expoliant eos. Si nō est certum: aut si credat q̄ non fuerit hoc ab initio legitie institutū. h̄mōi spoliatiōes ipo genere facti male sunt videlz rapine: vñ peccāt qui hoc faciunt ⁊ tenent ad restitutionem. Idē Ul. addens q̄ pba-

Refectō viarum.

Ep̄s p̄pter legatum.

bile nō est ꝯmōi ꝓsuetudinē nimis seruilē esse inductā de volūtate ⁊ cōsensu subditoꝝ. sz ꝓ violentiā ⁊ coactionē suꝑioꝝ: sed si certū ē ꝙ ab initio fuit ipositū tale onꝰ terre sine malicia ⁊ fraude. s. ꝙ dñs possit capere quātū vult a subditis: ⁊ ꝙ possit retinere oia mobilia si recesserint. cū q̄libet possit imponere rei sue onus qđ vult. videt posse tolerari ꝙ inquantū vtat tali ꝓsuetudine ꝙ nō grauet vltra modū manētes vel inde recedētes: nec tenet ad restitutionē Si aūt ciuitas vel castrū regat ꝑ plures simul sicut fit in multis italie ciuitatib⁹: tūc cum ciuitas eget pecunijs ꝑ defensiōe sui in iusto bello. vel ꝓpter alios casus occurrentes: cōiter eligit aliquos ex ciuib⁹ q̄ habeāt imponere vni cuiq; ꝑ rata ei ꝓtingēte ꝝ facultates suas. Et ꝫ fit triplr Uno modo ꝙ dicti ciues electi ad distribuēdū dicta onera imponāt vnicuiq; ꝝ recipiūt eū hre in substātijs ⁊ lucris debita inuestigatiōe sup hoc facta: puta ad rōnē vni⁹ libre ꝑ cētenario eoꝝ q̄ hñt ⁊ hmōi. Et tunc si ex certa scia ob odiū vel aliud imponit alicui vltra ratā ei ꝓtingētē ꝝ ea q̄ reptus est hre rapinā facit ⁊ mortalr peccat. et tenet ei satisfacere de illo pluri qđ sibi imponit vltra debitū qñ ex sua ipositione ille recipit tale grauamē. Contingit em̄ aliquādo ꝙ illi nō imponit tāta tallia vel collecta vel pstātia quāta ꝑ illū iposita est q̄ voluit supra debitū grauare. qz. s. alij q̄ cū eo habēt distribuere plures nō ꝓcordāt cū ipso ita aggrauādo. Et tūc ex quo nō dānificat sz ꝫ intendere: peccat quidez mortaliter. ar. xxij. q. v. q̄ plurare. sed nō tenet ad restitutionē. Si aūt oēs vel maiores ps ꝓueniūt in imponēdo illi vltra debitū: peccāt mortalr: ⁊ tenent in solidū q̄libet eoꝝ q̄ grauat ad satisfaciēdū de dāno. ex de iniu. ⁊ dā. c. si culpa. Sz si min⁹ debito iponūt sciēter tāꝙ min⁹ habeāt ꝙ cōpertū est vel etiaz ex dissimulatione vel negligentia notabili nō q̄rūt sufficiēter de subē quātitate quā habēt q̄bus imponit pstātia peccāt mortalr: ⁊ cōitati q̄dē nō tenēt: qz cōitas etsi ꝑ vna vice nō colligit quātū indiget ponet iterū ⁊ pluries ꝝ tantā tm̄ factā ab ipositoribus illi q̄ alleuiat⁹ est ꝫ debitū: certū est ꝙ nō tenent imo potiꝰ ipse vr̄ obligari illis q̄ imposuerunt in eo ꝙ ꝑ eo satisfacerēt. vñ magis illis teneret q̄b⁹ iterū imponit vl plures. Sz qz obscurū ē ⁊ nimis difficile repire q̄b⁹ ex illis ⁊ iquātū teneat. videt dicēdū ꝙ ad arbitriū bōi viri debeat paupibus erogare ꝓpue hīs q̄ sunt de numero eoꝝ q̄b⁹ iponunt plus vel min⁹ ꝝ quātitatē subtractā ex iniusta diminutiōe collectarū vni vl pluribus factarū. Et in eo casu cū ꝝ quātitatē subē habite et lucroꝝ iponit vnicuiq; ciues q̄ occultāt bona sua mobilia vl imobilia: vel fingūt min⁹ valere aut debita hre vt minus imponat eis: furtuz cōmittūt. ⁊ tenent cōitati satisfacere: nisi ꝑbabilr scirēt q̄ si oēs illud facere. s. occultare ꝓt suoꝝ bonoꝝ. tūc enīz vident posse excusari: qz oia manifestādo vltra debitū grauarent ꝝ ratā ꝓtingētem. Cauere tm̄ dñt in oib⁹ a mēdacijs ⁊ multo magis a periurijs. ar. xxij. q. ij. c. Primum.

Ubi plures dñi iponunt.

§. III. Secundo mō iponitur pstātia vel collecta ciuib⁹ ab electis a cōitate ad huiusmodi. ita videz ꝙ iponat vnicuiq; nō solū ꝝ bonoꝝ quātitatē quā reperiūt hoies hre sz etiā ꝫ iudiciū ipoꝝ iponētiū. i. ꝝ ꝙ credūt illos hre q̄bus iponunt ita ꝙ ꝝ simpliciter cōmittit ꝓscie ⁊ iudicio iponētiū. videt tm̄ cōitas intēdere ꝙ iuste faciāt hoc vnicuiq; videz ꝑ rata sua. Et tūc si ex certa scia plus alicui iponunt ꝙ debeāt vt illi noceāt. vel vt alios indebite alleuiēt min⁹ debito imponēdo peccant mortalr. ⁊ tenent oēs illi q̄ ꝫ faciūt satisfacere de dānis inde secutis lesis. arg. de iniu. ⁊ dā. si culpa. de illo pluri vltra debitū cōmunitati soluto. Si aūt ex errore alicui plus iusto imponūt credētes illū multo plura habere bona ꝙ manifestat: ⁊ ꝝ illam quātitatē quā credūt ex ꝑbabilibus cōiecturis imponūt ⁊ nō plus: vident excusari a peccato ⁊ ab obligatiōe satisfactiōis: dūmō nō moueantur leuib⁹ ꝓbationibus ⁊ suspitionibus ⁊ rumorib⁹ hoiz ⁊ ꝓcipue maliuoloꝝ: sz ꝑbabilibus rōnibus vigētibus facta debita diligētia: alr̄s tenerent. s. grauādo ex ignorantia crassa: vt in dicto. c. si culpa. i quo etiā dz attēdi fama ⁊ cōuersatio ipsi⁹ cui imponit q̄ si laudabilia sunt ꝝ cōem estimationē: tutius est sibi credere in ꝫ ⁊ ꝝ assignata imponere ꝙ ꝓpria opinione moueri: qz humanū iudiciū sepe fallit. de sen. excō. c. a nobis. Secus aūt est si fama illi⁹ vacillat. Si vo min⁹ debito notablr iponūt ex certa scia ob parentelā vel amicitiā vel priuatā vtilitatē. aut etiā ex notabili negligētia: qz nolunt diligēter inquirere vñ possent de facili iuenire illū multo plura hre ꝙ ostēdat ꝝ q̄ debēt imponere: peccāt mortalr faciētes ꝫ iusticiā ⁊ tenent satisfacere alijs q̄ ide plus grauarent ꝙ grauarent si a predictis fuisset soluta debita tallia: nisi forte hoc faceret. sz minus debito imponēdo alicui: ne si secus fieret moleretur aliquid ꝫ cōitatē vel etiā qz in ꝓteritū fuerit ihmōi supra modū grauat⁹ q̄si in hoc volētes ei recōpensare dānis. Occultātes aūt bona vel paucioza assignantes q̄ habeāt ex eo ꝙ verisimilr credūt ꝙ nō stabūt illi informationi: sz plus estimabūt ipm hre. ⁊ sic pl⁹ iponēt. qz de ciuitate sciūt ⁊ alios sic facere: vident posse excusari. cauēdo tm̄ a mendacijs ⁊ periurijs. Sec⁹ si crederēt ꝙ ex hoc nō grauarent vltra debitū. tūc em̄ peccāt ⁊ tenent cōmunitati.

Electi a cōitate vt impo/nant tallias quo mō peccant.

§. III. Tertio mō imponitur pstātia sic. Ciuib⁹ ad iponēdū deputat⁹ assignat certa ⁊ determinata summa: puta mille flo. hoib⁹ vni⁹ ꝫcte seu vni⁹ ptis ciuitat⁹ imponēda: cuilibet videz ꝑ rata sua ꝑportionabilr ꝝ facultates suas: ⁊ qz nō clare sciri pōt de facultatib⁹ ponit simplr in arbitrio illoꝝ quātitas iponenda: ita tm̄ ꝙ ꝓueniat ad dictā summā mille flo. Et assumuntur ad ꝫ qñcꝫ. vij. ⁊ qñcꝫ. ix. hoies. qñcꝫ etiā plures. ⁊ per hunc modū fit determinata impositio cuilibet. Quilibet em̄ illoꝝ iponētiū facit scriptā suā in secreto ⁊ ꝑ se quātitatē exp̄mētē quā iponit cuilibet. Et collectis scripturis oim̄ imponētiū abijciunt scripte ꝓtinētes maiorē summā ⁊ minorē ⁊ accipiunt tres tm̄ ꝓtinētes sūmas medias totiꝰ quātitatis quā cōitinēt simul assumpte ille tres scedule. tertia pars iponit illi ciui. puta si vna exp̄mit vnū florenum: alia duos: alia tres florenos: erit tertia ps totius summe q̄est sex floreni duo: ⁊ ꝫ illi imponet. Si ꝙ imponētes habita sufficiēti diligētia ad sciēdū facultates ⁊ lucra ꝓnaz bona fide iponūt quātū credūt illi ꝓportionabilr debere cōtingere: etiā si plus iponeret q̄ ille mereat: excusati videntur a pctō. arg. xxiij. q. v. de occidēdis. sed si intēdūt aliqs grauare ⁊ se ⁊ suos amicos alleuiare citra cōdignū notabiliter q̄ hoc faciūt peccāt mortalr in singulis ipositionibus hominū in q̄bus hoc intēdūt p regulā. Qui occasionē dāni dat dānum q̄ dedisse videt. ex de iniu. ⁊ dā. da. c. si culpa. Quātū vo ad obligationē satisfactiōis est difficile inuenire qui teneant: ⁊ inquātū ꝓpter intricatā materiā Et si quide oēs imponētes condicūt sibi ⁊ concordāt quātū cuilibet velint vel aliquibus imponere aggrauādo aliquos ex odio: vl vt amicos possint vltra debitū alleuiare omnes sunt fures ⁊ latrones ⁊ tenent q̄libet insolidum notabiliter lesis ex hmōi ipositiōe nisi postea exgrauarent: vt dī. i. §. seq. Tenent aūt predictis de oi dāno ⁊ interesse ꝓut argui a simili pōt ex ꝟbis Ray. ⁊ glo. sup. c. ñ. q. vl. qui dicūt iudicē dantē scienter iniustā sniam teneri ad satisfactionē de oi interesse pti lese. Efficaciter em̄ est cā dāni illius nō obstāte ꝙ nil sibi inde acquirat: vt de iniur. et dā. c. si culpa. Et ꝙ teneat q̄libet eoꝝ insolidū quouscꝫ fit satisfactū: pz ꝑ ea q̄ dicūt. b. Tho. ⁊ oēs alij in. iij. dist. xv. de cooperātibus ad rapinas ⁊ dāna alioꝝ fine q̄bus non fierēt. habēda tm̄ est cōsideratio fructꝰ. s. annualis redditꝰ quē inde percipiūt soluētes pstantias: vt fit florētie ⁊ venetijs. Ex hoc em̄ min⁹ leduntur multo ꝙ si nil soluētib⁹ redditus cōcederet: ⁊ sic per ꝓsequēs illi ad minus satisfacēdum tenentur. Si aūt quilibet ꝑ se ⁊ in secreto vt facere

tenenť ſm intẽtionẽ cõitatis imponit cũ aliq̃ ex ſcripꝭ vt dictũ eſt: abſciantur. ſ. maiores ſũmas ꝓtinentes ⁊ minores. ⁊ ſic ſolũ medie operenť impoſitionẽ cuilibet cõtingentẽ: nec bñ ſciri valeat q̃ ſit maior. minor q̃ abſcitur: vl̃ media q̃ opať. difficile eſt iudicare q̃s ex illis teneať. de illis dico q̃ ex certa ſcia intẽdũt vltra debitũ grauare. Nam q̃ imponit ſm ꝙ ſibi vr̃ ille de collecta mereri: ſiue operẽtur ſua ſcripta ſiue nõ openť in nullo videť teneri ſi diligẽtiam adhibuit. Aliꝫ aũt q̃ grauare intẽdũt vltra debitũ: ſiue openť ſiue nõ openť eoꝝ ſcripta: obligari videnť ꝓpter affectũ itẽtiõis cũ ope ſubſecuto. ar. eꝰ de biga. Debitũ. Tũ etiã q: illi aliquo modo cooperanť ⁊ aſſentiũt dãno ĵ. q. ſ. c. notum. Tum q: in dubio tutior via eſt eligẽda. de ſpon. c. Juuenis. Qui etiaꝫ minus debito imponũt tenẽtur aliꝭ q̃ ex ꝺ ipſo grauanť. q: illud min⁹ qð ei imponit debitũ ſolui ſm rõnem refundit ſup alios ad ſoluẽdũ niſi forte ꝺ facerẽt ex hac ꝺditiõe ⁊ ꝓſideratiõe. ꝙ als in ꝓteritũ fuerũt ſupra modũ ⁊ iuſticiã nimis grauati. ⁊ tã in iſto caſu ſcz iniuſte alleuiatiõis q̃ in p̃cedẽti ſcz nimie aggrauatiõis vbi obſcurũ eſt ⁊ valde icertũ quãtũ inde ſequať dãnũ tenẽť ad arbitriũ boni viri. vl̃ ſaltẽ q̃rere remiſſiõez a leſis ſi ſpõte hr̃i põt. Occultãtes aũt bona vel oſtẽdentes pauciora habere. vl̃ debita nõ vera cũ merito habeãt dubitare etiã cum hoc plus ſibi impõi ꝙ mereanť videnť poſſe excuſari ex quo cũ multa iniuſticia et impꝛoꝛtiõe hec imponanť. mendacia tñ ſemper vitanda. xxĵ. q. iĵ. c. ſ.

§. V. Et q: poſt impoſitio

nem dictarũ talliarũ ⁊ ꝑſtãtiarũ cũ publicanť repiuntur multe impoſitiões nimis impꝛoportionate ⁊ enormes ex quib⁹ ſequũtur q̃rele plurimoꝝ ad ſedandũ ſcandalũ laudabiliꝰ ꝓuideť ꝙ eligant exgrauatores q̃ poſſũt minuere de ſũma in cõi poſita. puta mille florenoꝝ certã quãtitatẽ puta centũ florenos minuendo de ipoſitione facta eis q̃s vltra ratã ſibi ꝓtingentẽ grauatos iueniũt put eis videť vnicuiq; eoꝝ ꝓportionabiliter ſm exceſſuꝫ grauaminis. Et cũ plures ad hoc aſſumanť reiectis maioribus ⁊ minoribus quãtitatuꝫ exgrauatarũ de medijs ſcriptis q̃ cõiter ſunt tres ſimul multiplicatis tertia ꝑs toti⁹ ab impoſitione ſibi plus per alios iniũcta ſubtrahiť. Si ergo p talem exgrauationẽ reducť ad equalitatez ſm ꝓportionẽ vt. ſ. remaneat in tallia: ſeu ꝑſtantia ſibi ꝓuenienti ⁊ debita ⁊ iſti exgrauatores bñfaciũt. Et illos q̃ ꝓpius ꝓtra cõſciam plus debito impoſuerãt ab obligatione ſatiſfactionis liberant. ſed nõ a pctõ iniuſticie ꝓperato. Et q̃ petunt alleuiationẽ cũ ſciãt ſe nõ eſſe vltra debitũ grauatos aſſignãtes rõnes ſue aggrauationis ſz falſas. puta q: hñt debita vel nõ tãta bona lucra quãta habẽt ⁊ credunť hr̃e. vñ exgrauatores mouenť ad minuẽdũ on⁹ peccãt mortaľ ꝓpter mẽdacia ⁊ fraudes q̃ vergũt in detrimẽtuꝫ ꝓximoꝝ eoꝝ ſcz q̃ veraciter ſunt grauati nimis q̃bus inde min⁹ poteſt diminui de grauamine. Si vo exgrauatores conſtituti ꝺ ſcientiã exgrauãt aliquem de quo iudicãt ꝙ nõ ꝺz exgrauari. q: nõ eſt ſibi impoſitũ vltra debitũ peccãt mortaliter agentes ꝓtra iuſticiã diſtributiuã. qð eſt mortale ſm ꝺ. Tho. ĵ. ĵ. ⁊ videnť teneri cõitati quã dãnificãt: vel potius aliꝭ exgrauãdis q̃s ex hoc nõ valẽt alleuiare vt intẽdit cõitas. ⁊ ſi ex aggrauaťꝫ nimis vnũ multũ releuãt aliũ in nullo ꝺ iuſticiã faciũt ⁊ ꝺ intentionẽ cõitatis que eſt ꝙ non ſolũ aliq̃b⁹ ſz etiã oĩb⁹ grauatis ꝓportionabiliter dimittať ⁊ diminuať: ſz ſi in modico plus alleuiãt ſe ⁊ amicos q̃ alios videť loc⁹ eſſe gratificationi. Si eñ on⁹ ſibi impoſitũ ⁊ decẽs q̃rat imminui ꝑmittens ex hoc et ſocijs iminuere ⁊ amicoꝝ ſuoꝝ indifferẽter. i. ſiue ſint grauati ſiue nõ ꝺ iuſticiã facit. Et in hmõi cõpoſitiõib⁹ ꝓmiſſis et iuramẽtis factis ꝺ iuſticiã: peccãt mortaliter: nec debẽt ſeruari. xxĵ. q. iĵ. c. Jn malis. Et idẽ ẽ dicẽdũ etiã quãtuꝫ ad ꝓmos ipoſitores: de q̃bus dictũ eſt in §. ꝓcedẽtibus: quo ſz ad iſtas colligatiões iuramenta ⁊ ꝓmiſſiões iniuſtas ſiue intendant ſeruare ſiue non intendãt.

§. VI. De pedagijs guida-

gijs ⁊ tholoneis. Pꝛo declaratione vocabuloꝝ dicit Ber. in glo. in. c. ſup q̃buſdã. de vb. ſig. ꝙ pedagia dicunť q̃ dãtur a trãſeũtibus. ſ. pecunie in locis conſtitutis a principe Guidagia dicunť q̃ danť ꝑ ducatu ꝑ terrã alicui⁹ vt ſecurius vadãt. Hec Berñ. Hec etiã dicunť thelonea a thelos grece deriuata. qð latine vectigal õr. alicubi dicunť vulgariter gabelle. alubi duane. Videnť ergo hec inſtituta pꝛo expẽſis q̃ fiũt a dñis terrarũ: vel cõitatibus ad tenẽdũ territoꝛiũ eoꝝ ſecurũ trãſeũtibus ꝑ mare vel terraꝫ: ne ſpolientur vel ledanť in ꝑſona vel reb⁹. Addit etiã his Berñ. vbi. ſ. ſalinaria. q̃ ſcz danť ꝑ ſale. Et de his oĩbus dicit ꝙ ſolus princeps põt hoc cõſtituere ⁊ non ciuitas. C. noua vec. inſti. nõ po. l. ĵ. ⁊. iĵ. Et ꝙ dicit ciuitatẽ nõ poſſe: videtur intelligẽdũ ſine licẽtia p̃ncipis. Dicit aũt hic p̃nceps impator. Hñ ⁊ Hoſt. dicit i ſumma: ꝙ ſolus rex romanoꝝ põt ꝓcedere pedagiũ ⁊ nõ alius. De rege etiã frãcie dicit ꝙ in hoc eandẽ ptãtẽ hz per ꝓuilegiũ. eꝰ qui. fi. ſint legi. Per venerabilẽ. Sed Jnnocẽtius ſup. c. Jnnouamus. de cen. dicit ſimpliciter reges poſſe imponere noua pedagia peccãt tñ ſi faciũt ſine cã. videť etiã ⁊ multomagis ꝙ papa poſſit hoc ꝓſtituere ⁊ cõcedere pꝛecipue in terris eccleſie. Jpe eñ dicitur p̃nceps. xĵĵ. q. iĵ.

§. VII. Ad ſcienduz igitur

q̃n hec licite exigunť vel non. vel quãdo iuſte ſubtrahunť ⁊ q̃n nõ licite. diſtinguẽdũ eſt ꝓmo aut q: a ꝑſonis eccleſiaſticis accipiunť: aut ab aliꝭ. Et ſi recipiant a ꝑſonis eccleſiaſticis: tunc aut exigunť hec ab eis pꝛo rebus q̃s causa negociatiõis deferũt vel deferri faciũt: ⁊ tunc licitũ eſt ab eis recipere iuſta pedagia ⁊ gabellas ſicut ab aliꝭ ſm Archi. qui hoc notat ꝑ argu. a cõtrarijs. de cenſi. c. q̃q̃. lib. vĵ. Jdẽ dicẽdũ cũ deferũt mercimonia aliorũ nomine ſuo. ſ. dicẽdo eſſe ſua. imo ⁊ puniri deberẽt per ꝓlatos ſuos de fraude ⁊ negociatiõis exercitio cũ ſit eis iterdictũ. lxxviĵ di. Fornicari. Aut exigunť hec ab eis ꝑ rebus ſuis vel eccleſiarũ ſuarũ quibuſcũq; dũmodo nõ cã negociãdi trãſferri faciant. ⁊ tũc exigi ⁊ recipi nõ ꝑñt a principe ſeculari ſm Hoſt. q: nullus ſecularis hz poteſtatẽ in eccleſiaſticis rebus. eꝰ de conſti. que in eccleſia. Recipiendo aũt per ſe vel ꝑ alios rapinã cõmittũt ⁊ tenenť ad reſtitutionez et ſunt excõicati. vt de cenſi. c. Quãq̃. li. vĵ. de q̃ excõicatiõe habes. ĵ. in. iĵ. ꝓte. ti. xxiĵ. Jpe aũt ꝑſone eccleſiaſtice occultãdo iſpas res quas deferũt per ſe vel ꝑ alios vt nõ ſoluãt non peccant. q: ad hoc nõ tenenť: debent tamen cauere a mendaciſs ⁊ ſcandalis q̃ ſolẽt oriri cũ talia deprehendũtur. nec tñ per hoc ꝑñt pena mulctari tanq̃ de fraude. alꝭ obligarenť ad reſtituendũ: ⁊ per ꝓſtitutionẽ illã. c. q̃q̃. in vĵ. olim erant excõicati et ipe ꝑſone eccleſiaſtice ſoluetes pedagia ⁊ hmõi ⁊ tallias: ſed ad tollẽda ſcãdala fuit reuocata quãtũ ad iſtã partẽ ꝑ clemẽtinã. Si aũt exigank hec pedagia ⁊ thelonea a laicis tũc ſubdiſtinguendum: quia aut exigunť ꝑ mercimonijs: aut ꝑ aliꝭ reb⁹ ad vſuz ſuũ vt bladũ vinũ ⁊ hmõi. Et ſi ꝑ mercimonijs exigank iterũ ſubdiſtinguendũ. Nam aut antiquũ exigũt aut nouũ. Si nouũ niſi ſit certũ inſtitutũ eſſe a principe ꝑpter iminẽtez neceſſitatẽ nõ licet accipe. alꝭ rapinã cõmittunt ⁊ ad reſtitutionez tenenť ſm Ray. ⁊ ſunt excõicati: nec abſolui ꝑñt citra aplicã ſedez. vt ptz i. iĵ. ꝓte. ti. xxiĵ. in. c. de ꝓceſſu ex cõicationũ: q̃ fit in curia in cena dñi. Si aũt ſit nouũ ⁊ inſtitutũ a p̃ncipe iuſta de cauſa: aut etiã antiquũ qð ſcitur impoſitũ ab his qui potuerũt imponere ⁊ preſertim auctoritate eccleſie. aut neſcit a q̃bus ſit inſtitutũ: credit tñ ab illis inſtitutũ q̃ potuerũt: qð credi rõnabiliꝰ põt cũ nõ extat memoria in cõtrariũ. tũc ſi eſt vel credit eſſe iuſta cã impoſitũ vt ꝑ defenſiõe ſtrate publice ꝺ pdones i terra. vl̃ piratas in mari. vel ꝑ defenſione fidei vel pꝛie ꝓtra paganos

Ñ a clericis exiguntur.

Ñ a laicis exigũtur.

vel hereticos vel alia simili causa: & recipiēs tale pedagiū vl theloneū facit illud ꝓpter qđ fuit ipositū sine scrupulo cōsciētie pōt illud recipe ꝑm Ray. etiā si nō faceret tūc expensas: q: nō est necesse cū terra sit dū purgata latronib⁹ & in pace: paratus tm̄ labores & expensas facere si necesse esset ad tenendū patriā securā. ꝓbant hec oīa. xxiij. q. iij. si quis romipetas. & xij. q. ij. c. vob em̄. ex de cen. c. puenit de treu. & pa. c. inouam⁹. ff. de pu. & vec. l. vectigalia. ff. lo. l. ex ducto. Si aūt sit antiquū & tm̄ non autoritate p̄ncipis inductū: vel etiā si nō facit illud ꝓpter qđ institutū est sc̄z faciēdo qđ in se est ad tenendū viā securā siue antiquum sit siue nouū: & cū autoritate p̄ncipis introductū: ꝑm Ray. nō pōt licite recipe: & recipiēdo rapinā facit & tenet ad restitutionē illis a q̄bus accepit: vl paupibus erogādū si illos ignorat ꝑm Ray. sed Host. dicit in summa q̄ nō tenet restituere si autoritate p̄ncipis est inductū vbi cōstaret ꝙ hac de causa institutū est. Sed qđ plus est tenet ad plenā satisfactionē illis q̄ ibi ledunt in ꝑsona vel rebus si ꝺ accidit ex defectu suo: q: sc̄z non tenet patriā securā vt dz & potest. xxiij. q. ij. c. dñs. & q. v. c. administratores.

§. VIII. Non soluētes aūt

Justa pedagiano soluētes peccant.

dicta pedagia & theloneа cū iniusta sunt: q: sc̄z nō sunt instituta cū autoritate p̄ncipis: vel ex iniusta cā: qđ tm̄ credi nō dz nisi ꝓbabilr sciat: vel etiā si iusta de cā & ab his qui potuerūt: tm̄ nō seruat illud ꝓpter qđ fuit institutū. s. in tenendo loca secura: & hmōi: nō peccāt nec tenent restituere ꝑm Ray. q: cessante causa in exigēte cessat effectus & obligatio in dāte: & illo nō seruāte fidez: nec ipi tenent. lxj. di. statuimus. §. his oibus. & de iureiur. c. puenit. Laueāt tm̄ a mēdacijs semp: q: peccata sunt. Non soluētes autem licita pedagia & theloneа q: sc̄z sunt instituta a q̄bus debent cū iusta cā & obseruata: rapinā faciūt seu furtuz: ꝑm Ray. vnde tenent ad restituēdū illis q̄bus talia debent: & agere debēt penitentiā de peccato hmōi. & de mēdacijs & periurijs & alijs vitijs additis. vnde Apl⁹ ad Ro. xiij. Reddite oibus debita cui tributū &c. Verū ad penas que inflicte sunt a iure cōmuni vel municipali contra facientes in huiusmodi fraudem: dupli vel quadrupli: vel amissionis illoꝝ mercimoniorū in quibus fiebat fraus: non tenet tur in foro cōsciētie nisi fuerint deprehensi & condemnati ꝑm Tho. ij. ij. & Guil. & glo. sup. c. fraternitas. xij. q. ij. in fi.

De pedagijs saracenoꝝ

De non soluētib⁹ hmōi theloneа & pedagia in territorio saracenoꝝ vl paganoꝝ dicit Ray. ꝙ si hoc fit tēpore treuge cum eis: & de mercibus non ꝓhibitis & ipi saraceni seruant fidem in defendēdo in territorio suo eos a latronib⁹ & pyratis per mare cū teneant ipis infidelibus soluere: si deliter debent talia eis restituere: vel si non apte possunt paupibus dispēsare ad mandatū ecclesie. Nam fides etiā hostibus seruāda est. xxiij. q. j. c. noli. & xxij. q. iij. innocēs. Idem Ul. qđ tm̄ intelligit glo. Guil. cū cōsentiunt ipsi fideles & hmōi statutis eoꝝ aut pactis. Sed tpe guerre vel q̄d merces ꝓhibitas: vt ferrū & lignamina & hmōi: fraudando in hmōi theloneа nō tenent eis: sed debent paupibus erogare. Ad qđ tm̄ ꝑm glo. Guil. non sunt de necessitate cogēdi sed honestate. Host. aūt in summa dicit simpliciter & indistincte xp̄ianos nō teneri ad soluendū hec theloneа saracenis: q: non subsunt eis. Hodie tm̄ portātes nō solū p̄dicta: sc̄z ferrū & lignamina: ꝫ & q̄cunq; mercimonia ad terras saracenoꝝ sine licentia pape incidūt in excōicationē cui⁹ absolutio apostolice sedi reseruat & i alias graues penas. de quib⁹ habes in. iij. ꝑte ti. xxiij.

§. IX. De pedagijs vero

De solis mercimonijs peregrini

que exigunt ꝓ blado vino et alijs hmōi: que quis defert vel deferri facit nō ꝓ mercimonio sed ꝓvsu. s. vite sue et familie sue: vt dicit Host. ꝙ nō dz solui aliqđ pedagiū etiā si ꝙsuetudo sit q: irrōnabilis: & ideo nō tenēda. De p̄editis exigi debēt ctis em̄ rebus nō exigi dz pedagiū: & q: nō dat pedagiuz nisi de reb⁹ q̄ cā negociatiōis vel mercimonij vehunt. C. de vecti. & cōmiss. l. vniuersi. Satis ꝓcor. Bern. in glo. sup. c. sup q̄busdā. de verbo. sig. Hic vo Jo. in summa ꝓcor. & Bar. in summa pisana. In directorio sic dr. De his q̄ ad ꝓpriū vsum emunt: vt gra ruris colendi: vel ad se defendēdū fisco nullū pedagiū detur. vt. C. de vect. l. vniuersi. li. iij. vbi ꝓtraueniēs decollari mādat: q: nō exigēda sunt nisi de his q̄ causa negociatiōis seu mercimonij deferūt. C. de vec. & cōmiss. l. vniuersi. Nec excusat cōsuetudo ꝺria dū sit irrationabilis et iniqua. ar. di. viij. si consuetudinē. Ex his sequitur ꝙ fraudando hmōi pedagia occulte portando talia & non soluendo nō esset peccatū dūmodo cessent ꝓiuria & mendacia & scandala. Et si pedagium & gabella sumat⁹ ꝓ eodē contrariū seruatur de facto in ciuitatibus thuscie. sc̄z ffloretie et alijs multis: q: de oīb⁹ p̄dictis exigitur gabella: vt cum dicta gabella sit imposita ꝑ statutū ciuitatis ꝑ modū cuiusdam tallie seu impositionis & collecte ꝑ expensis fiendis in vtilitatē cōmunitatis. Dicendū ꝙ ciuitas exigens dictas gabellas ꝓ victualibus siue regatur ꝑ vnū vt ducē marchionem p̄ncipem & hmōi: siue ꝑ plures de populo vt ꝓiores consules antianos & hmōi: si habent potestatem leges cōdendi & imponēdi collectas: qđ est ꝓmumendū si ex more antiquo hoc faciat: cuius memoria non extat in contrariū videt etiaz posse imponere solutionē dictarū gabellarū ꝓ sui adiutorio & defensiōe. q̄uis em̄ populus aliqs nō possit facere legē generalem: q: hoc est impatoris. vt notāt Jo. & Archi. dist. ij. lex. specialē tm̄ facere pōt & in hoc cōsentit p̄nceps. ff. de iusti. & iu. legiones ppl̄i. Sic etiā & collectā specialē facere & iponere pōt ꝑ suis necessitatib⁹: etsi nō gñalem vt exactionē pedagioꝝ sine licentia p̄ncipis: q̄n immo ꝑ legē municipalem que ꝺr statutum siue reformatio apud quosdam derogat legi cōi: vt ptz in materia dotiū & successionū & alioꝝ. Ad qđ facit regula iuris. Generi ꝑ speciē derogat. de reg. iur. in. vj. & sic si gabella includatur sub nomine pedagij vel sit idem nō obstabit ꝙ lex cōis ꝓhibeat exigi pedagiū vel gabellā de victualibus & hmōi: q̄n vel lex municipalis vel ꝙsuetudo p̄scripta habeat ꝺriū cū ꝙsuetudo rōnabilis & p̄scripta tollat legē. vt ex de ꝙsue. c. vlt. Nec videt irrōnabilis ꝙsuetudo cū sit necessariū ꝑ expensis supplendis cōitatis & ciuitatis defensiōe: q: oēs ciues debēt se & sua exponere ꝑ patrie defensione. Requirit aūt licentia p̄ncipis ad imponendū pedagium que videt esse obtenta si extat ꝙsuetum: nec est memoria in ꝺriū. Presuppositа igit licentia habita a principe figa bella noie pedagij intelligat: et multo magis si gabella sit nō vt pedagiū: sed vt collecta: videt ꝙ teneant homines soluere gabellas de victualibus & q̄busc̄q; & ꝺriū faciendo fit furtū: & tenent restituere cōitati vel ementib⁹ eas nisi ista exactio gabellaꝝ fieret ab his q̄ nō hnt legitimū dñium seu titulū iustificatum inibi: vl nisi illi qui fraudauerūt alijs impositionib⁹ & modis vltra ꝓportionē essent grauati nimis: vel cū eēnt graues gabelle: & sine necessitate imposite: & vtilitate cōitatis: sed ad nutriendū pōpā & auariciā aliquoꝝ p̄ncipū vel ciuiū. als solui debēt dicte gabelle: vt dictū est. Ad qđ facit Aug. Pactū intelligētis ciuitatis ꝙsuetudine vel lege firmatū nulla ciuis aut peregrini libidine violetur. dist. viij. que contra.

¶ De furto. Caplm. xiij.

Proiecisti sermones meos retrorsum: si videbas furē currebas cum eo. ꝑs. xlix. Ut dicit di. xxxviij. ca. oēs Omnes psallētes q̄tidie deo repromittim⁹. In iustificatiōib⁹ tuis meditabor: nō obliuiscar sermones tuos. Qđ q̄dē oēs xp̄ianos obseruare saluberrimū est: sz ꝑcipue hos q̄ ecclesiastica ꝙsecuti sunt dignitatē. hec ibi. Verba sacre scripture dicunt sermones dei & iustificatiōes. Sermones q̄dē dei q: deus eadem ꝟba locutus est ꝑ sanctos suos: et q: deū

mẽtiri vel falsum dicere impossibile est: cũ sit ipsa veritas ideo sermones sui verissimi sunt. Vñ xps ad patrem Jo. xvij. Sermo tuꝰ vitas est. Justificatiões aũt dicunt: q: ea seruata faciũt hoiem iustũ & oñdũt in cõspectu dei & hoim Vñ de zacharia & vxore sua Elizabeth dr Lu. j. cp erant iusti ambo ante deũ incedẽtes in oibus mãdatis & iustificationibus dñi. q. d. ideo erãt & ostẽdebant iusti: q: obseruabãt iustificatiões dñi: sed hmõi obliuiscit nec in eis meditatur: q nec ea seruat nec ea curat scire. Cõtra quos dicit dñs Ose. iiij. Quia sciam repulisti & ego te repellam. Et Gre. Qui ea q dei sunt nesciũt. i. mãdata eiꝰ: a dño nesciũtur. i. reprobant. di. xxviij. c. q ea. Cõtra quẽlibet igit hoꝛ inuehit dñs dicẽs. Proiecisti fmones &c. vbi tria notauit

¶ Primo redarguit omissionem preceptoꝛum in generali. ibi. Proiecisti sermones.

¶ Secundo innuit vsurpationem alienoꝛum in particulari. ibi. Si videbas furem.

¶ Tertio ostendit participationem hmõi vsurpationum ibi. Currebas cum eo.

§. I. Quantum ad primuꝫ

certũ est cp illud qđ pꝛoĳcit tanq̃ inutile & aboiabile a se elõgat: & qđ retro ponit vt nõ videat fic collocat. Proiiciunt g̃ sermones dñi. q ab obseruatiõe eoꝛ se elongant reputãtes inutile & vanũ & vile virtuose viuere fm mãdata eiꝰ. Retro aũt pjciunt q nolũt ea scire vt licẽtius seu liberius peccẽt sine remoꝛsu ꝓsciẽtie. Dicit & Job. xxj. Recede a nobis sciam viarũ tuarũ nolumus. Ibi sunt oim pessimi. Inter sermones aũt dñi pꝛimi & magis necessarij sunt decalogi. & in vno ipsoꝛ preceptoꝛum đr. Non furtum facies. Exo. xx. Noie aũt furti intelligit ois illicita vsurpatio rei aliene. vt dicit Aug. xiiij. q. v. penale. Cõis vsus oiz q̃ sunt in đ mũdo oibus hoibꝰ esse debuit dic Cle. xij. q. j. dilectissimis. Sic em̃ deus instituit naturã humanã dãs ei dñiuz oiz cũ ait. Dñam inimicoꝛum celi: piscibꝰ maris: & bestijs terre. Gen. j. Vđ dñiuz oẽs habuissent: q: ita erat rõ bene oꝛdinata & regulata cp nulla re vti kuissent nisi ad necessitatem vel rõnabilẽ vtilitatẽ qđ oẽs fibijnuicẽ voluissent & sic nulla inter eos fuisset discoꝛdia: & sic ponit esse de iure nature. s. pmitus institute cõis oiz possessio: vt pz. di. j. ius aũt naturale. Sz & natura vitiata etiã de iure nature est in casu extreme necessitatis oia esse cõia: & sic intelligit illud Amb. Nemo pꝛiuz dicat qđ cõe est. di. lxvij. sicut hi. Ubi glo. cõe. i. cõicandũ tpe necessitat. Unde si q̃s auferret alicui vt puideret sue vel alteri extreme necitati cũ nõ posset aliter puidere i nullo peccaret: nec alicui teneret: q: tũc illud est suuz qđ accipit. nec est ꝺ qđ hr ex de fur. c. si q̃s. vbi imponit pna furãti in necessitate: q: illđ intelligit qñ nõ erat extrema necessitas etsi aliq̃ indigẽtia: tũc em̃ nõ licet aliena furari: sz ꝺz aliter sibi puidere etiaz si oporteret eũ *medicare*. Post naturã g̃ destitutã iuste puisuz est iure humano vt ex casus extreme necitatis possideant ista tpalia diuersa a diuersis vt pꝛpria. Vñ aug. Vñ q̃sq̃ possidet qđ possidet: nõne iure hũano. nam iure diuino dñi est terra & plenitudo eius. *Pauperes & diuites* dñs devno limo fecit: pauperes & diuites vna terra supportat. iure aũt hũano đr: hec villa est mea. hec dom̃ mea: hic seruꝰ est meꝰ. iura humana: iura impatoꝛ sunt. g̃re: q: ipsa iura hũana p ipatores & reges seculi dñs distribuit generi hũano. di. viij. c. q̃ iure. Sed p maioꝛi huius declaratiõe sciendũ fm beatũ Tho. ij. ij. q. lxvj. ar. j. & ij. cp res iste exteriores q̃ possident pñt pſiderari triplr. Pꝛio quãtũ ad eaꝝ naturã & mutationem. Scõo quãtũ ad ptãtem pcurãdi eas & dispẽsationẽ. Tertio quãtũ ad vsum eaꝝ & subuẽtionẽ. Et fm pmũ modũ res ipse nec in cõi nec in pticulari sunt hoim: sed dei: q: natura rerũ nõ subĳcit ptãti hoim: sed dei cui ad nutũ oia obediũt. Vñ non põt hõ vtute sua mutare naturas rerũ sed solus deus & ipsius vtute imediate facte sunt mutationes miraculose rerũ: vt aq̃ in vinũ in nuptijs. Jo. ij. c. Vir-

Zicite possidem tpalia.

ge in serpẽtẽ & ecõuerso. Exo. vij. vel vtute naturali medi antevt in mutationib⁹ factis a magis pharaonis quã vtutem deus indidit rebus in sui creatione. cuius aũt deꝰ pncipaliꝝ dñium oium hẽat: oꝛdinauit tũ fm sui puidentiã q̃ dam esse ad hois sustẽtationez. & vt ea possideat: ita tũ cp ab eo hĳe recognoscat & nõ a se: vt diues ille qui dicebat. Aia mea habes multa bona reposita in annos plurimos Cui dictũ fuit. Stulte: hac nocte aiam tuam repetũt a te &c. Lu. xij. Quãtũ ad scõm. s. ptãtem pcurandi & dispensandi ipas res tpales: fic nõ soluz licitũ est: sed etiã necessariũ ad humanã vitã cp hõ possideat aliquavt pꝛopria: & hoc ppter tria. Primo: q: magis sollicitus est vnusquisq̃ ad pcurãdũ aliq̃d & gubernãdũ qđ sibi soli cõpetit q̃ ad id qđ est cõe oium vel multoꝛũ: q: vnusq̃sq̃ laboꝛe fugiẽs relinq̃t alteri id qđ ptinet ad cõe: ficut accidit in mltitudine miniſtroꝛ. Scõo: q: oꝛdinati⁹ res humane tractantur si singlis imineat ppria cura alicui⁹ rei pcurãde: & ecõtrario esset ꝓfusio nõ modica si qlibet indiſtincte qlibet pcuraret cuz plures cõcurrerẽt ad eandẽ rem pcurandã & q̃libet mõ suo. Tertio: q: per hoc statꝰ hoim magis pacifice cõseruat dũ vnusq̃sq̃ sua re contentus est. Unde videmus cp inter eos q̃ cõiter ex indiuiso aliq̃d possident frequẽtius inter eos iurgia oriunt: dũ. s. vni videt cp magis illa re vtat q̃ ipe: vel cp min⁹ laboꝛat pꝛo ea. & huiusmodi

Usus rerũ de facili debet cõis esse.

Quãtũ ad tertiũ. s. vsum istarũ rerum & subuentionẽ sic nõ debet homo ipas res hĳe vt ppꝛias: sed vt cões. i. vt de facili eas cõicet aliis indigẽtibus etiã si nõ patiant extrema necessitatẽ. Vñ apls. s. Timo. vl. Diuitibus huiꝰ seculi pcipe facile tribuere cõicare. Vñ Chryſ. Dñs nõ haruz rerũ nos dños: sed dispensatoꝛes fecit. Cum igitur ista tẽ poꝛalia vt ppꝛia licite possideant: nullus ꝺz sine beneplacito & volũtate dñi ipaꝝ rerũ aliq̃d auferre: alioq̃n furtuz facit & sermones dei retroꝛsum pjcit. Nec põt se aliquis excusare ex eo cp filij israel mutuo accipiẽtes ab egyptijs *vasa aurea* & argentea aspoꝛtauerũt ea secũ sibi retinẽtes ea: vt hr Exo. xj. Hoc em̃ iuste fecerũt ex eoꝛ: q: ex dñi pꝛecepto. vñ Aug. Non hinc q̃sq̃ sumẽdũ exẽplũ putare debet ad expoliandũ isto modo pꝛimũ suuz. hoc em̃ deus iussit qui noverat qđ quẽq̃ pati opoꝛteat: nec israelite furtũ fecerũt: sed deo iubenti miniſterũ pbuerũt. xiij. q. v. c. dixit dñs. Cũ em̃ dñi sint oia nobis qđãmodo accõmodata sicut dñs alicui⁹ rei cõmodate alteri in accipiẽdo ab ipo et cõmodãdo alteri nõ illi facit iniuriã: nec iste scõs diceret furari accipiẽdo illud de volũtate dñi. ita in ppoſito accipiẽtes illa vasa ex pcepto dei: nõ cõmiserũt furtũ: hoc aũt deus iustissime dispoſuit ppter oppſſiones & iniurias q̃s hebꝛei fecerãt egyptij: & vsurpationes mercedis laboꝛis eoꝛ q̃s in recõpensationẽ illoꝛũ dãnoꝛ: ficut etiã nũc detinenti suũ certitudinaliter qđ alter rehabere nõ põt si aliq̃d *veniret ad manus eius qđ illius esset*. & vñ *non* sequeret scandalũ vel piculũ licite posset accipe. Secus si inde seq̃ posset periculũ. & de hoc plene. j. in. c. seq. §.

§. II. Quantum ad secũdũ

furtũ ꝓpꝛie

Notat spãlis trãsgressio cũ đr. Si videbas furem. ſfurtũ ꝓpꝛie importat occultã vsurpationẽ: q̃uis vt dictũ est large importet oẽm vsurpationẽ illicitã. Est aũt triplex vsurpatio occulta scz pfidentie: doctrine: & substãtie. Et de pꝛima dicit dñs Jo. x. qui ascẽdit aliũde: q̃ scz p ostiũ: ille fur est & latro. ostiũ p qđ ascendit p dignitatẽ vel regimen ad ouile ecclesie est xps ihesus. Ego sum ostiũ: ait ipe. seu modus traditus p oꝛdinationẽ ecclesie. Intrat g̃ p ostiũ q̃ suscipit regimẽ alioꝛ ppter xpm nõ ppter mũdi fastũ & auariciã initas ipm: vt. s. patus fit aiam ponere p ouib⁹ suis nã lanã tm̃ q̃rens & lac tpaliũ ab ouib⁹ suis recipiẽs curã fm canonicas sanctiões: q̃ nõ fic pmouet ille fur est & latro. Occulte subtrahit aias subditoꝛ deo nõ habendo curam de eis & mala exẽpla dãdo eis. Et si intrusus est nõ illã curã hñs a supioꝛib⁹ vel irregularis vel excõicat⁹ vel su-

ſpensus vel interdict⁹ exercēdo curam quātū in ipo est furatur aias occulte subditoꝝ absoluēdo cū nō possit: q̄uis oues nescientes excusenť si aľs boni sunt. fructus q̄ beneficioꝝ furatur talis: vñ vltra mortale qđ quotidie cōmittit exercendo curā teneť ad restitutionē illoꝝ fructū percepтoꝝ: sicut ꝛ fur de re furata. Vñ Esa. j. ꝯ tales dicit. Principes tui. i. plati: socij furū. ſFurtum doctrine

ſFurtū doctrine est cum aliq̄s graz scientie ꝛ doctrine quā sine dubio hz a deo: q; ſm Augu. q̄ bona p̄udēter loq̄mur a deo est nō nr̄a sapia. ipe tñ sibi p̄arrogātiā ascribit. vñ apl's Ro. ij. Qui p̄dicas non furandum furaris. s. vsurpādo gl'iam dei. ſFurtū etiam in doctrina cōmittūt infideles pagani ꝛ heretici. de quibus xp̄s. Oēs quotquot venerūt ante me. i. ꝯ me seu p̄ponētes doctrinā suā mee fures fuerunt ꝛ latrones. Jo. x. vbi Aug. sup Jo. ſFuerūt quidā pharisei de vitijs ꝛ virtutib⁹ multa subtilia tractātes: diuidētes: diffinientes: rōnes acutissimas ꝓcludētes libros implētes sapiam suā buccis cōcrepātibus ventilātes. qui etiā auderēt dicere hoib⁹ nos sequimini: sectā nr̄ā tenete: fivultis bene viuere: sed hi fuerūt fures querentes aias deo auferre: q; ante. i. ꝯ xp̄m venerūt. i. ꝯ verā fidē ꝛ doctrinaz eius. Similes his sunt tpe moderno q̄dā q̄ sibi ꝛ alijs p̄sudent sufficere sibi ad salutē ciuiľr viuere ſm quādā vanitatē exteriorē de interioribus nō curātes nō facientes ꝓsciam de vitijs ꝛ mandatis eccl'ie. Sz furtū etiā cōmittūt in doctrina qui p̄dicāt nō missi de quibus dñs Hiere. xxiij. hec dicit dñs ad pphetas. Qui furabanť verba mea. pphe dicunť p̄dicatores ſm Greg. Qui furanť verba dei cū p̄dicant non habētes autoritatē. narrantes etiā multa somnia ꝛ fictiones sub spē reuelationis facte a deo: ꝛ sic recipiūt multas elemosynas cū his deceptionib⁹: sz illas elemosynas furanť ꝛ tenenť ad restōnē earū ſm Sco. ꝛ Jnno. ſFurtū subē est ſFurtum substātie

ppriſſime furtū cū occulte auferť aliena suba: sicut fecit Judas q̄ fur erat ꝛ loculos hns: vt dicit Job. xxij. et ea q̄ mittebātur. s. in loculis. i. scarcella portabat. i. asportabat ptem furās ꝛ domū portās. Sup q̄ verba dicit Aug. Exemplum dñi accipite q̄erlantis in terra: quare habuit loculos cui angeli ministrabāt: nisi q; eccl'ia illi⁹ loculos habitura erat: quare furē admisit. s. iudā nisi q; eccl'ia cū fures patitur toleret. xij. q. j. exemplū. Ex quib⁹ verbis demonstrabať apte error fratricelloꝝ asserentiū xp̄m nil habuisse in mūdo ppriū. nec in ptculari nec in cōi: cum dicat Aug. q̄ hēbat dñs loculos quos portabat iudas. ꝛ ad q̄d idez Aug. declarat. q. c. i. c. Habebat dñs loculos a fidelib⁹ oblata ꝓseruās ꝛ suoꝝ necessitatib⁹ ꝛ alijs indigētibus p̄uidebat. Ac etiā error illoꝝ qui dicunť aplici detegiť dicētiū nil posse vt ppriū retineri ꝛ possideri cuz salute aie. Cum Aug. dicat q̄ ecclesia erat habitura loculos. eccl'ia. i. fideles. etiā clerici ꝛ plati eccl'iarū licite poterāt aliq̄ vt ppria possidere: vt ptz. e. q. c. epi. ꝛ sequētib⁹ alijs plurib⁹. c. vñ vterq; error: p hereſi ab eccl'ia est dānat⁹. Declarat etiā ibi Aug. ex ipo facto xp̄i tolerānť iudā que sciebat furē q̄ dispensatores eccl'ie vt plati: etſi male tractent bona ei⁹ male vtendo: ꝛ sic quasi furādo: q; paupib⁹ ea subtrahūt quibus debenť. debēt tñ tolerari a fidelib⁹ nisi in iudicio deteganť ꝛ cōdēnenť. Demū sicut iudas fur laqueo vitā finiuit eternaľr dānat⁹: ita fures aliq̄n susp̄dunť invita ꝛ nisi pniam agāt ꝛ restituāt si p̄nt dānanť. ſFurtū fit multipľr

Perpetratur autē furtū circa subam tpalē multis modis. Primo in reb⁹ inuētis alterius ꝛ sibi retētis: cuius plena declaratione hēs j. c. se. §. de inuētis. Scdo in rebus p̄scriptis: sed mala fide ifra tps p̄scriptiōis. de⁊ b. j. c. se. §. de p̄scrip. Tertio i reb⁹ sibi cōmodatis ꝛ pignoraťvel depositi q̄n. s. ꝯ voluntatez dñi illaz vtiť eis ad vtilitatē suā. ꝛ de his. j. c. se. §. de commodato. ꝛ §. de pignore. ꝛ §. de deposito. Quarto in scriptis alteri⁹ acceptis vel retētis q̄ continēt iura sua ꝛ credita sine q̄bus nō potest sibi debita exigere ꝛ sua defensare. Quinto etiā in reb⁹ occulte subtract. ꝛ sicut dicit Boe. q̄ nulla peior pestis ad nocendū q̄ familiaris inimicus. ita inter fures nullus pōt ita nocere sicut domesticus latrunculus. Et hi sunt filij ꝛ filie cū accipiūt de bonis parentū occulte ꝯ voluntatē eoꝝ. Uxores cū accipiūt de bonis virorū suoꝝ sine ꝓsensu eoꝝ vt dent ꝓsanguineis vl' alijs nisi cōes elemosynas. Serui ꝛ serue de bonis dñoꝝ suoꝝ sine scitu eoꝝ. Discipuli negociatoꝝ ꝛ artificuz ꝛ factores sine beneplacito suoꝝ magistroꝝ ꝛ patronoꝝ. Socij in apothecis cū accipiūt de cōi lucro sine scitu ꝓsociorū. vt sibi retineant nō est dubiuz oēs hos mortaľr peccare. de his plene. j. c. de furto. q; cōtra p̄ceptū dñi faciunt quo p̄hibetur furtū. Vñ ꝛ dñs inter pcta q̄ coinquināt hoiez. i. maculāt aiam. qđ ppie non facit nisi pctm̄ mortale ſm. b. Tho. in iij. ponit exp̄sse furta. hec sunt inquit q̄ coinquināt hoiem Matth. xv. Hoc etiā ptz ex eo qđ dicit Zach. v. Hec est maledictio q̄ egredit sup faciē oīs terre: q; omis fur sicut ibi scriptū est iudicabiť. i. ꝺdēnabiť. Null⁹ aūt cōdemnať ſm iudiciū diuinū nisi p mortali. ſm. b. Tho. ij. ij. q. lxv. arti. v. Qui igiť furabať ait apl's iam nō furet: sed magis operetur manibus suis: vt habeat vñ necessitatez tribuat paupti. ꝛ etiā vt possit restituere ablata ad que teneť quātū pōt aľs nō posset digne penitere: vt dicit Aug. xiij. q. v. si res. Sed si q̄s auferret alteri aliquid: q; illa re male vteretur vñ damnū ei non sequiť tēporale: sed vtilitas anime: sicut auferendo occulte fucū mulieri. gladiū furioso. pecuniam vel pannos luxurioso ꝛ dilapidatori ꝛ hmōi: ne illa distrahat male: sed ad vtilitatē dom⁹ cōuertat nō malefaceret: sicut ꝛ Rachel q̄ furata est idola patris sui Laban ex hoc non reprehendiť: q; abstulit illi occasionē idolatrandi. Et hoc nisi ex ipo facto sequeret graue scandalū alicuius. Si q̄s aūt auferret a diuite auaro vel vsurario vt inde daret pauperib⁹: nō p hoc excusaret a furto: vt exp̄sse ostēdit Augu. in q̄dā homeť. ſForte aliq̄s cogitat ꝛ dic. Multi sunt xp̄iani auari ꝛ cupidi non habeo pctm̄ si illis abstulero ꝛ pauperibus dedero. vñ illi nil boni agunt: mercedem habere potero: sed hmōi cogitatio diaboli callidit ate suggeritur nam si totum tribuat qđ abstulit addit potius pctm̄ q̄ minuat. Hec ille. xiij. q. v. forte.

§. III. Quantuz ad tertiuz

vbi notabať p̄ticipatio vsurpatōis alienoꝝ. ibi. Currebas cū eo. s. cundo ad furandū. Cursus aūt importat affectuz magnū ad ipm furtū. dic aūt Salomō Prouer. xxix. Qui cum fure p̄ticipat odit aiam suā. Triplex aūt rō assignať quare furtū est pctm̄ grande. Prima est q; ꝯ charitatem agitur que ꝓfitit in dilectione nō solū dei sed etiā p̄imi qđ aūt ē ꝯ charitatē mortale est: cū p eā habeať vita spūalis aie. ptinet em̄ ad charitatē p̄imi: vt nō solū quis velit ei bonū: sed etiā ad h̄ opetur: sz p furtū nō opatur q̄s bonum p̄imo. imo ꝯ iū. s. nocumentuz in rebus: ꝛ si passim sibijnuicē hoies furarenť piret humana societas. h̄ Tho. ij. ij. q. lxv. arti. vj. Scda rō est: q; furtū est ꝯ iusticiam que redditvnicuiq; qđ suū est. p furtū em̄ accipiť qđ est alteri⁹ qđ sibi nō debeť. s. auferenti. qđ aūt est ꝯ iusticiā est mortale cū agiť nō solū ꝯ bonū alicuius: sed etiā ꝯ bonuz cōe vñ ꝛ leges oēs puniūt furta grauiter: q; nocent bono cōi ꝛ ſm aliquas leges positiuas municipales morte puniūtur tales. Scdm aūt legem diuinā puniebant furta pena damni: q; debebat restituere quattuor oues p̄o vna q̄nq; boues p vno. vt habeť Exodi. xxij. ꝛ hmōi. Tertia ratio est: q; in furto cōmittiť dolus seu fraus: dum. s. occulte accipit quasi ex iusticijs vsurpādo rem p̄imi: sed dolū ꝛ fraudē cōmittere vbi est notabile dānum p̄imi non est absq; graui pctō. ps. Virum dolosum abominabitur dñs. Est aūt mortale nō solū cuz furať q̄s qđ notabilis valoris est in se: sed etiā cū notabile impedimētū ꝛ nocumentū est ei cui auferť. vt. xx. solidi in se parū sunt. tamen pauperi multū est. Sed si quis in se paruz qđ aufert patus ꝛ dispositi actualr multū auferre si cōmode posset furtū cōmittit qđ mortale est. Vñ Hiero. ſFur nō solū in maioribus: sed etiā

in minoribus iudicat.nō em̄ qđ furatū est sed mēs furantis attendit.xiiij.q.vj.c.ſi.Vñ intelligit cū intēdit accipere etiā multū.als in minimis nō ꝓpie furtū nec mortale ē. Vñ aūt dr puerb.vj. Nō grādis est culpa cū q̄s furatus fuerit.nō ꝓpterea dr q: in se nō sit mortale: sed vt dicit.b. Tho.ij.ij.q.lxvj.art.vj.duplici rōne. Primo ꝓpter necessitatē inducētē ad furandū q̄ vel diminuit culpā vel tota liter tollit:cū.l.esset extrema necessitas vt dictū est.ſ. Vñ quasi hāc rōnem assignās quare nō sit grādis culpa subdit Salomon.ſfurat em̄ vt esuriētē impleat aiam. Scōo ꝓpter cōparationē ad reatū adulterij qđ vtiq̄ est grauis vñ morte punit in lege diuina. vñ de fure subdit. q̄ dēpensus reddet septuplū: q̄ aūt adulter est pdet aiam suā. Currit ergo cū fure q̄ participat cū eo in furto:qđ vt notat Hugo cardi.sup verſi.sup:adicti pſ. fit nouez modis ptentis in his vſib⁹. Iussio.cōsiliū:ꝓsensus.palpo.recursus. Participans.mutus.non obstans.nō manifestans. Quos versus ponūt plures doct.bea.Tho.ij.ij.t in. iiij. Alber.t alij.Sed eor declarationē habes plene in precedenti.c.de rapina. qđ sufficeret ꝑ alia pdicatiōe ibi vide. Idē em̄ iuris est in ptícipatione rapine et furti.

De furto:t de multis specieb⁹ seu modis furti t de inuentis q̄ sibi retinent t de pignore t de commodato t de depósito t de locatiōe t cōductiōe et de pscriptiōe quō.ſ. in his cōmittat furtū vel aliud peccatū. Cap̄.xv.

Furtū est cōtrectatio rei aliene mobilis t cor:palis fraudulosa inuito dño lucri faciēdi gr̄a siue ipſi⁹ rei siue vsus possessionis vere.vt.ff.e.l.ſ. Cōtrectatio. ponit in pdicta diffinitiōe q: sine ea nō est furtū etiā si interueniat voluntas vel vbū.tm̄ ꝑ solā volūtatē erit q̄s trāsgressor alterius p̄cepti.ſ.illi⁹. Nō cōcupisces rē ꝓximi tui. Rei aliene.ponit in diffinitiōe q: in re ꝓpria nō cōmittit furtū.intellige nisi ali⁹ haberet i re illa aliq̄ ius puta cui res erat pignorata vel cōmodata quā dñs fraudulose capiēdo furtū cōmitteret.ff.e.l.ſi res.§.ſi is q̄ rē.in p̄n. Idem Tho. ij. ij. q. lxvj.ar.v.ad.iij. Mobilis t cor:palis.dr q: in reb⁹ imobilibus vt in agro.vel incorporalibus vt sunt actiones et seruitutes nō cōmittit furtū eo q̄ talia nō possint ꝓtrectari. ſfraudulosa.dicit q: cū aliq̄s credebat rē esse suā que nō erat: vl ſi nō erat sua credebat q̄ etiā ab eo q̄ habebat ibi ius posset accipe. nō cōmittit furtū licz als teneat Insti. de vi bo.rap.§.q: tñ.t.§.seq. Inuito dño.dicitur q: ſi credit dñm p̄missurū t subest iusta cā credendi nō tenet. secus ſi nō subest.ff.e.ſi is q̄. Et dicit dñs inuit⁹ etiā ſi videat rē auferri q̄is nō p̄dicat.ff.eo.l.penul. Si autē putat facere inuito dño t tm̄ dñs vult.furtū quidē facit quantū ad intētionē ſz nō tenet ad restitutionē nec dñs pōt petere obstāte sibi sua volūtate.ff.eo.l.inter oēs.§.penul. Lucri faciēdi gr̄a.dr q: ſi q̄s aliena ancillā rapuerit nō causa lucri sed libidinis nō cōmittit furtū.ff.e.l. verū. Ipſi⁹ rei vel vsus possessionis vere dr q: nō solū cōmittit furtū qui rei dñium vult lucrari. sed etiaz qui vult in re ipsa lucrari vsum t possessionē.di.l.q̄ sacrū.ff.e.l.qui inuenta. Quot sunt spēs furti. Rñ.due. nā aliud est manifestū.ſ.illud cū quo fur dēpendit ꝓuſq̄ veniat ad locū destinatū:aliud nō manifestū cū quo non dēpendit.ff.e.l.ij.t.iij. Item nota q̄ dam remanēt in noīe generali.q̄dam sub specialibus.veluti sacrilegiū qđ furtū ē rei sacre. Peculatus quod est furtū de republica.xxiij.q.v. quid ergo. Abigeat⁹ qđ est furtū qñ quis dispergit gregē t inde furatur. Plagiū qđ dicitur furtū hominis.ſ.qñ q̄s liberū hominē scienter vēdit vel emit.ff.de plagi.l.ſ.§.iiij. Et eodē mō ſi seruum alienū sollicitauerit vel asportauerit.

§.I. De furto in genere.

rerũ fit fraus: cũ scz vẽduntur carnes infecte ꝑ sanis: aromata antiquata: ⁊ fic virtute debilitata ꝑ recentibus: liber corruptus ⁊ falsus ꝑ fideli: ⁊ coriũ fragile ꝑ durabili: viñ corruptũ ꝑ sano: domus ruitura ꝑ stabili ⁊ firma aial infirmũ pro sano: pãnus defectuosus pro indefectuoso et hmõi. De his dicitur Esa. xxxij. ¶ fraudulenti vasa pessima sunt. i. artificiata. Et cũ queriť si teneatur vẽditor semp dicere defectũ rei quã exponit venalez. ℟ñdet. b. Tho. ij. ij. q. lxxvij. ꝙ defectus rei aut est occultus: aut manifestus. Si occultus tũc aut talis defectus reddit vsum illius rei venalis impeditũ vel noxiũ: aut non. Et si quidẽ talis defectus reddit vsum rei impeditũ vel noxiũ: puta cũ qs vẽdit equũ claudicantẽ ꝑ veloci: vel domũ ruinosam pro firma: vel cibum corruptũ ꝑ sano: peccat grauiter iniusticiã cõmittẽdo i dolosa et frauduleta vẽditione ⁊ ꝓximũ dãnificãdo ex hoc. vnde ⁊ tenek ad dãni recõpẽsationẽ ꝑ regulam illã. Qui occasionẽ dãni dat: damnũ qz dedisse videk ex de iniur. ⁊ dam. da. si culpa. Tenek ergo manifestare vitiũ rei nec põt celare. Si aũt defectꝰ rei non ipedit totaliť vsum eiꝰ nec reddit noxiuz: sed minus reddit rẽ vtilẽ: si debet de pcio quãtũ importat ille defectꝰ: celãdo defectũ nõ peccat: dũ tñ non dicat mẽdaciũ nec tenek manifestare vitiũ rei si tũc nec iustũ pciũ inueniret vel etiã emptorẽ. Potest em̃ adhuc talis res esse vtilis ad plura: etsi nõ ad oia ad qđ valeret exñs sine defectu. Multo magis si defectus sit de se manifestus: puta qz equus est monoculus nõ tenek manifestare: sed tenek pciuz diminuere ꝑ illo defectu quẽ emptor ignorat: nisi vsus eiꝰ esset piculosus vel noxius: tũc em̃ tenek dicere emptori illud ignorãti: immo nec deberet exponere vẽditioni pcipue si estimet emptorem ex leuitate ⁊ ꝓsumptione nõ curare se periculo personę exponere: vel aliũ in vẽdendo rẽ defectuosam deceptu rum. Nec ex hoc ꝙ aliquis fuit deceptus in emẽdo rez defectuosam credẽs bonã: põt ipe similiter aliũ decipere vẽdẽdo iniusto pcio: ac si nulluz defectũ haberet posq̃ de fectũ nouit. sicut nec licet furari alteri vel ledere: puta petro ex eo ꝙ martinus furatus est sibi. Pena em̃ tenere debet suos autores ⁊ non alios. vnde vẽdendo plus iusto *pcio sciẽter ꝓpter defectũ tenek vltra peccatuz satisfacere* emptori ignorãti defectũ illũ. Quid de lanificibus vendentibus pãnos laceratos ad tractorũ: scz reemẽdatos ac si nõ haberẽt dictũ defectum: aut etiã pãnos intextos vel tinctos male ꝑ bonis. vel vestes veteres renouatas ⁊ cardatas ac si essent quasi noue: vt rigatterij ⁊ retagliatores faciũt. ℟ñ. dicẽdum si tales nõ diminuãt de pcio quãtum importat ille defectus: fraudẽ ⁊ dolũ ꝓpetrãt: ⁊ tenenk ad satisfactionẽ. Mediatores quoq; seu sensales q̃ sciunt tales defectus ⁊ ꝑ bonis ⁊ indefectuosis vẽdere faciũt participes sunt pcti: ⁊ sunt obligati ad restitutionez. vt de iniur. ⁊ dam. da. si culpa. Idem de faciẽtibus fieri pãnos lineos vel de serico intextos: cuz eueniũt notabiles defectꝰ in eis: siue ratione materie siue ratione formę seu texture qui tñ nõ pcipi de facili põt ab emptoribus. Secus aũt dicẽdum in oibus ꝓdictis casibus qñ emptor pcipiens tales defectus vel nõ pcipiẽs volũtarie emit rem ⁊ illo pcio peritus in negociando: qz intẽdit inde bene lucrari: puta in alio loco vbi chare vẽdunť etiã cũ talibus defectibus Sciẽti em̃ ⁊ cõsentiẽti nõ fit iniuria neq; dolus. de re. iur. lib. vj. Sed qđ de ipsis reemẽdatoribus pãnoz qui vidẽ pãtur ex ope sue artis esse occasio illius fraudis: qz ita subtiliter agũt ꝙ nõ percipi de facili põt scissure pãnoz. ℟ñ. ꝙ cũ ars illa sit publica in ciuitate ⁊ toleretur ⁊ rationabiliter. qz etsi nõ fieret illa reemẽdatio nec etiã iustũ pciũ vel lẽt emptores dare. vel etiã forte nõ ita de facili inuenirent emptores. vnde ⁊ hoies põt intelligere pãnos aliquãdo habere tales defectus. Vanifices põt insup iuste vendere diminuẽdo de pcio ꝑm quãtitatẽ defectus. qđ vtrum faciãt vel nõ faciãt nõ habent ipi diiudicare: ideo non videtur posse cõdẽnari: sed tolerari.

§. VII. Quarto in solutio

nis diminutione ⁊ tarditate fit fraus seu dãnũ: qñ nõ soluitur laboriãti ꝑ ope suo termino debito. qđ faciunt multi nõ tam ex impotẽtia qꝫ ex auaricia: qz cũ illa pecunia debita solui mercẽnarijs vel alijs volũt aliquo tpe negociari ⁊ lucrari. Iz hoc est expresse ꝓtra dñi mãdatũ di. Veni. xix. Nõ morabiť opus mercẽnarij tui apud te vsq; mane. Et Prouer. iij. Ne dicas amico tuo. vade reuertere cras cum statim possis dare. Cũ em̃ tales indigẽt: sustinẽt inde plura incõmoda quoꝝ illi sunt causa. Et hoc nisi nondũ terminꝰ aduenisset solutiõis fiende ꝑm pactũ ⁊ cõuentionẽ. Unde ⁊ dñs vinee dicit in fine diei ꝓcuratori suo. Voca operarios ⁊ redde illis mercedẽ ꝑm ꝓuentionẽ factã. Aliqñ etiam dat eis falsas monetas ꝑ bonis: aliqñ etiã eis subtrahũt de debito diuersis vijs. Sed qđ cũ petrus volẽs soluere creditori: puta iohãni ꝑ re empta vel ope facto sibi: vel vectura rerũ: vel alia causa mittit eũ ad cãpsorẽ vel mercatorẽ q̃ habet suas pecunias vel sibi eas mutuat: vt ipi soluať: ⁊ cãpsorius vel alius gerẽs negocia ipius mercatoris ꝑ eo soluit iohãni ad instantiã ⁊ volũtatez ipsius petri: retinet tñ duos denarios ꝑ libra ꝑ mercatore: cãpsorius eius. nũqđ est licitũ. ℟ñdeo. si hoc habet cõsuetudo ciuitatis in hmõi: ⁊ creditor hoc sciẽs non ꝓdicit: videtur posse tolerari ⁊ excusari ratione ꝓsuetudinis: que legẽ facit cũ est rationabilis. vt di. j. cõsuetudo. Nõ autẽ videtur irrationabilis dicta cõsuetudo: cũ introducta sit respectu laboris numerãtis pecuniã ⁊ scribẽtis ⁊ expẽsaz quas facit cãpsor vel mercator pẽsionis exercentiũ artẽ ꝑ eo. ℟atio em̃ expẽsarũ ⁊ laboris habẽda est. ar. c. magne. de voto. Et nullus cogitur suis stipẽdijs militare. xiij. q. j. §. iij. Si autẽ vltra cõsuetũ accipet fraudẽ cõmitteret: vel etiaz si creditor hoc nesciẽs cõtra volũtatẽ suã ⁊ intentionẽ recipit illã diminutionẽ. nã tunc mercedẽ laboris sui si vult cãpsor ab eo: scz pe. cuiꝰ noie soluit recipiat: non a creditore Jo. q̃ integre debet recipe ius suũ. Sed qđ de camerarijs vel depositarijs cõitatis in diuersis officijs: vt mõtis vel gabellaz ⁊ hmõi habẽtibus vel recipere pecunias a personis: vel tradere eas varijs hoibus ꝑ cõitate a quolibet dãte vel recipiẽte pecuniã ab eis exigãt aliqđ: puta vnum denariũ ꝑ florẽno vel libra. nũquid hoc est licitum si hoc habet cõsuetudo adiu seruata. ℟ñ. dicendũ saluo meliori iudicio hoc videk distinguẽdũ: qz aut tales sunt salariati a cõitate ⁊ sufficienter ꝑm laborẽ officij ⁊ qualitatẽ: aut nõ sunt salariati vel diminute ⁊ sufficiẽter salariati. In primo casu non credo posse exigere vel recipere: quia ibi nõ videtur hẽre locũ cõsuetudo: cũ irrationabilis sit introducta ex mera ⁊ immẽsa cupiditate. vñ potius dicẽda est corruptela. di. viij. cõsuetudo. Et sic credo talia fic extorta seu acquisita ex debito paupibus erogãda. vt. xiij. q. v. c. non sane. In scõo casu videk eos posse exigere ⁊ cõsuetudinẽ eos excusare: que rationabilis est cũ seruat illis pmissa: ⁊ nemo de suo cogik facere bñficium. ar. xiij. q. j. §. j. sed dignus est mercẽnarius mercede sua.

Nõ soluẽtes mercẽnarijs.

Mat. xx

Cãpsor.

De officiali cõitatis.

§. VIII. Quinto fit fraus

in pecunie ad res mutabilitate. ⁊ ex hoc diminuiť pciuz debitũ ꝓmissum: qz nõ indigẽtes aliqñ talibus rebus cõducti in aliquo opere cũ vendũt minus pciũ ꝙ id qđ cõstitit eis. Et cõtra hos ait Jacobus apls. v. c. Ecce mercez operariorũ qui messuerũt regiones vestras que fraudata est a vobis clamat cõtra vos. Sciendũ igiť ꝙ cum

pacta debeant seruari. ex de pac. antigonus. Et pacta ex
Insoluē do vl cō/ducēdo. cōuētione legē accipiūt: ideo cuz quis cōducitur ad aliq̄ opus: si ꝓmittit sibi dare pecuniā nō debet illi dare victualia vel pannū vel alias res: nisi inquātū velit ipse cōductor sua sponte: vel nisi alio modo non possit sibi soluere ex defectu pecunie. Sed tūc si ille non indiget vsu illius rei: puta panni: sed opz vēdere vt habeat pecuniā ꝓ alijs rebz emēdis: illud dānū qđ inde sustinet in minus vendendo debet conductor resarcire. ex quo pactū fuit de pecunia z inuoluntarius alias res recepit. Sz si a principio operis pactum in soluēdo sibi de labore suo certo precio in rebz puta panni: victualiū: z partim in pecunia: tūc si illas res quas sibi dat ꝓ parte solutionis fm cōuētionē vendit iusto precio fm q alijs vendit: q̄uis ipe non indigēs eis reuendendo multū perdat: q: qđ sibi datū fuit ꝓ. xx. solidis nō pōt vēdere nisi ꝓ. xv. vel minus: in nullo cōmittit fraudem cōductor. q: scienti z ꝑsentiēti nō fit iniuria nec9 dolus. de re. iur. li. vj. Sed si ipe vel alius ꝓ eo: puta ritagliator pro setariolo dat pannū textori conducto a setariolo maiori precio q̄ alijs vēdak: de illo pluri certe tenek: puta ritagliator vēdit pannū alijs ad rationē. xxx. solidoz̄ pro brachio: sed textori serici ad rationē. xxiij. vel plus: quem pannū reuēdens reperit. xxv. solid̄. certe setariolus tenek textori de tribus solidis ꝓ quolibet brachio panni: quia plus iusto precio tantū vēdidit sibi ritagliator: ad petitionē setarioli. sed de illis quinq9 quibus minus vendidit q̄ emit nō tenek ei ex quo iusto precio vēditū fuit: z cōuētio inter illos talis fuit: vt scz in pāno sibi solueret in totū vel in partem pro suo labore. Sed z si ipe textor serici ab ini
In pact̄ tio cum pactū fecit cuz setariolo de pāno sibi dando ꝓ labore suo scit q̄ ritagliator vēdet sibi plus iusto precio: q: sic cōiter fit z alz expertus est: nō videk sibi setariolus teneri: q: in idez reuertit ac si setariolus a principio faceret pactū cū textore dādi sibi tantū quātū vendet pannū sibi datū: puta debet sibi dare. x. flore. ꝓ suo labore. sed in panno de quo scit textor q̄ nō inueniet de ipo panno vendēs ipm. vj. flore. vnde ita est sicut faceret pactū cū eo dare sibi. vj. flo. non obstāte q̄ dicak de. x. flore. q: nō in pecunia x. ꝓmisit: sed in panno sibi cōputando taliter q̄. vj. flo. habebit. Unde em̄ textor peteret tm̄. vj. flore. a sartariolo: q: sic credit habiturū per pannū sic venditū. non videtur setariolus malefacere. Est tamen satis turpis talis modis vtriq9 setariolo z ritagliatori: z potz est reprobādus vt iniustus. Nota tm̄ q̄ si ex hoc non accipit textor debitum lucrū de labore suo fm cōem estimationē: sed diminutuz putatur autē debitū lucrū illud in quo cōuenitur in pecunia: puta. x. flore. sed q: pauper est z opz eum accipere etiā multo minus: vt se z familiā sustentet: tunc vtiq9 setariolus sibi tenerek dare supplemētū vsq9 ad. x. vl circa si dat sibi pannū quē non vēdit nisi. vj. q: sicut dignus est operarius mercede sua ex debito iusticie ita z cōuenienti mercede. alz esset cōtra equalitatem iusticie: sicut in cōtractu emptionis z venditionis est iniusticia z pctm̄: cū res emitur minus iusto precio ex necessitate vēditoris: sed si quātitas. vj. flore. reputak cōgrua merces sui laboris videtur posse illud: etsi turpiter inuentū admitti. veruz quia talia cōiter inuenta sunt ad decipiendū z opprimendū pauperes: ideo inducendi sunt setarioli z ritagliatores q̄ abstineant a talibus: z ex factis hmōi fraudibus satisfaciāt lesis: vel pauperibus erogent si non grauauerūt notabiliter textores. ar. xiiij. q. v. c. qui habetis. z. c. nō sane. Et idē dicendū de alijs conducētibus laboratēs ad alia artificia z exercitia. sed de setariolis z textoribus dictuz est: q: hmōi multū florentie practicatur.

§. IX. Sexto fraus est in

operibus de genere bonoz. cū scz quis in eis querit aliud
s. Lo. x. q̄ gloriā dei. Juxta illud apli. Sīa in gloriā dei facite. puta remunerationē in mundo ꝓpter qđ ō. Iniere. xlviij. Maledictus ois q̄ facit opus dei fraudulēter z defidio/se. qđ exponēs Greg. ix. li. mozal. dicit q̄ triplex fraus cō/mittit in bono ope qđ est opus dei: cū. s. intendit remunerationē ex eo ab hoīe. Et hoc ꝑmo a corde. s. vt habeat amicitiā z grām hoīm: ideo aliquid boni opak. sed fallax grā ō: ꝓuerb. vlt. Qui em̄ b̄ q̄rit sepe: vt ait Aug. ab eo offen/dit deus ne offendak amicus. Deꝰ aūt (ait ps. lij.) dissipauit ossa eoz. i. opa in gñe virtuosa q̄ hoībus placēt. Sc̄o ab ore cū. s. ex bono ope querit laus hūana: qđ ꝓhibuit xp̄s dicēs. Cū facis elemosynaz noli tuba canere ante te. Matth. vj. idest noli publicare vt lauderis. q̄uis em̄ dicatur q̄ memoria iusti cū laudibz: nō tm̄ ipse req̄rit eā. sed deꝰ illi eā tribuit: vt non solū a deo: sed etiā ab hoībus viuēs z mortuus laudek. Tertio ab ope cū scz q̄s aliquod bonū facit vt a deo remunerek z ꝓpaliter. i. vt ꝓsperek. ieiunat seu orat z hmōi. facit vt ꝓsequak elemosynā vel ecclesiasticā dignitatē vel alios cōfidentes de sua bonitate decipiat ꝓpalr vel spūalr talis hypocrita est. z de hmōi dns dicit. Ve vobis hypocrite qui similes estis sepulcris dealbatis q̄ apparēt hoīb9 speciosa. Mat. xxiij. Hēs g̃ tales q̄ fraudes faciunt in ope dei. i. de gñe bonoz maledictionē dei incurrūt. Ecōtra de viro iusto ō: Esa. xxxiij. Btus q̄ excutit manus suas. i. opa ab oī munere. i. cordis ois z opis: nil scz querēs ab hoībus vt finē ipsoz̄ operū nec gratiam hominū. nec laudē. nec transitoria.

§. X. De permutationib9

rerū ad res in negociādo que vulgariter dicunt baratti: puta dat lanifex setariolo duos pānos laneos estimatos ab eo. c. flore. z ꝓ his setariolus dat lanifici pannū sericū estimatū ab ipso. c. flore. Siue mercator dat lanifici lanā z setariolus sericū. z ꝓ his lanifex dat sibi non pecuniam sed pānos laneos: et setariolus dat pānos sericos in tali estimatiōe in quāta receperūt lanā vel sericū. nūquid est licitū. Rñ. Si pure z absq9 fraude partium fiat permutatio quātitatis precij vel q̄litatis rerū est ꝺctus permutationis z licitus: q: a iure approbatus simpliciter in tēporalibus. ex de re. permu. per totum. Si aūt fiat fraus: aut hoc est in ipsis mercimonijs quoad qualitatē: aut in estimatione precij. Si in qualitate rerū permutatarū: tunc si est fraus ex parte vnius tm̄: q: scz dat alteri pannū laneū vel sericū seu lanā vel sericū multū defectuosa cōtra intentionē eius: cū tm̄ ipse recipiat res ab eo nō vitiatas: vtiq9 peccat notabiliter z tenetur satisfacere notabiliter ledēs. ex de iniur. z dā. da. si culpa. Et similiter mediator seu sensalis qui nouit hmōi fraudē: q: cooperak fraudi. ij. q. j. notum Si aūt vterq9 intēdit alterum decipere: z ab vtroq9 datur alteri res defectuosa ꝓ bona vtroq9 ignorāte fraudem alterius: vterq9 peccat mortaliter ꝓpter malā intentionē. xxij. q. v. qui peierare. Quantū aūt ad satisfactionem potest hic habere locū cōpensatio: vt vnus alteri nō teneak si in tanto deceptus est vnus cōtra intētionē suam quātū alter. Si vo vterq9 vt practici scirēt defectus rerū permutādaꝝ: nō videtur ibi esse fraus: q: scienti z consentienti nō fit iniuria. de reg. iur. li. vj. z alter alteri nō tenetur. Si autem fit deceptio in precio: q: excessiuū ponitur suis mercimonijs: tūc si vnus eorum excedit in precio et non alter qui excedit peccat z obligatur satisfacere si est notabilis excessus: nisi hoc alter perpēdat: z tamē sic velit facere permutationē: tūc videtur nō teneri per regulā. scienti. in. vj. Si autem scienter vterq9 excedit in precio in estimando suas res: q: alter de altero hoc credit z cognoscit cum quotidie hoc practicent: puta mercator de lana quam dat lanifici valente tunc. xc. flore. fm currens precium exigit. c. vel circa. Et lanifex de pannis laneis quos dat mercatori pro sua lana exigit. c. cum non valeant nisi xc. vel circa: cum alter probabiliter sciat de altero q̄ iniustum precium exigunt de sua re: videtur hic habere locum compensatio; nec ibi ꝓpie esse fraudem cum intendant

le cõseruare indẽnes nõ alterũ grauare: tales tñ adinuentiones sunt ex cupiditate inuẽte. ⁊ ideo vitande.

¶ De multiplici falsificatiõe. ⁊ ibi agit de falsificatiõe in mensuris: in põderibus: in monetis: in scripturis: in bullis: in instrumẽtis: ⁊ in fetibus filiorũ. Lapl'm. xviij.

De falsificatione põt

induci illud ps. lxj. Mẽdaces filij hoim in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Vbi tria possunt notari. Primo defectio veritatis. ibi. Mendaces filij hominũ in stateris. Secũdo intentio nocibilitatis. ibi. vt decipiant ipsi. Tertio consecutio penalitatis. ibi. de vanitate in idipsum.

§. I. Et a secũdo inchoando

Mẽda⁊ nũ quid fit.

dare est q̃ q̃ vtunt mẽdacio ad hoc faciũt vt decipiãt ⁊ fallãt: qõ pz ex diffinitiõe eius. Nã diffinit a magro sen. in. iij. di. xxxviij. q̃ est falsa vocis significatio cũ intẽtione fallẽdi. Et q: fallere ⁊ decipe aliũ est ɔ̃ vel pter charitatẽ ⁊ legez naturalẽ: q: nullꝰ vellet ab alio decipi: ideo omne mendaciũ peccatũ est ⁊ vitandũ. Vñ Ysiõ. in sinonymis. Oñe mendaciũ fuge: q: oñe mẽdaciũ pctm̃ est. Decipit aũt aliq̃n seipm̃ q̃s co:de: cũ facit sibi erroneã cõsciẽtiam de aliquo vel male iudicat de alijs. Vñe: cũ dicit qõ scit vl estimat nõ sic esse. Opere: cũ simulat vnũ actũ p alio. Et vt ait Amb. xvij. q. v. cauete. Oẽs qui amãt mẽdaciũ filij sunt diaboli. De ipso em̃ õr. Jo. viij. Mẽdax est ⁊ pr̃ eiꝰ. i mẽdacij primꝰ inuẽtor. Et co:de quidẽ mendaciũ dixit: cũ ait in co:de suo: vt õr Esa. xiiij. Sikis ero altissimo. existimans puenire ad gloriam p vtutẽ ppriam. Vñe vsus est mẽdacio: cũ dixit per serpentẽ pmis parẽtibus. Nequaq̃ moriemini ⁊c. Beñ. iij. Opere autẽ cum ſm ap'lm, ipse sathanas transfigurat se in angelum lucis.

§. II. Quantũ ad primum

Certũ est q̃ in omni mẽdacio deficit veritas: ⁊ cũ xps sit veritas disco:dat ab eo. vñ cũ xpo nõ potest esse aliq̃s cũ mẽdacio. Dicit em̃ Apo. xiij. de sctis q̃ nõ est inuẽtũ mẽdaciũ in eis. Sunt autem mẽdaces filij hoim in stateris. Statera aũt est quedã regula recte mẽsurandi res cũ est iusta statera: sed mẽdaces filij hoim in stateris.

¶ *In statera quidẽ cõsciẽtie vel opinionis internalis.*

¶ In statera sententie iudicialis.

¶ In statera mensure materialis.

Prima est cũ q̃s iudicat de aliq̃ ſm suã conscientiã in q̃ frequẽter fallit nõ recte estimãdo. Vñ Hiero. Nõ afferamus stateras dolosas vbi appẽdam⁹ qõ volum⁹ p arbitrio nro dicẽtes hoc graue hoc leue. Sed afferam⁹ diuinã staterã de scripturis sacris tanq̃ de thesauris dñicis: ⁊ in illa qõ sit graui⁹ appẽdam⁹. xxiij. q. j. nõ afferamus. Sed mẽdaces filij hoim in stateris: faciẽtes sibi leuẽ ꝓscientiã vel nullã de grauib⁹ pctis seu malis: vt de adulterio ppt qõ sequit falsus partus aliq̃n ⁊ suppositio alieni pr⁹ ⁊c.

Secũda est in iudicio vbi sententia est q̃si statera. Unde Ezech. xlv. di. omnis. Dis q̃ iuste iudicat: stateram in manu gestat. Sed mẽdaces filij hoim in stateris p iniustas sententias. Tertia est statera mẽsure materialis. de q̃ Prou. xj. õ:. Statera dolosa abominatio est ante deũ. Sed men. fi. ho. in sta. q: faciũt aliq̃n falsas mẽsuras: ⁊ põdera vel eis vtunt. Numisma etiã ſm pbm õr mensura rerum venaliũ: q: tantũ monete dat quanti estimat res esse valoris. Sed mẽ. fi. ho. in sta. falsificãdo monetas: vel falsis vtẽdo. Scripture etiam hoim possunt dici stateræ: q: per eas q̃s mẽsurat ⁊ declarat q̃d alicui fit cõcedendũ. Sed mẽ. fi. ho. in sta. scz bullas falsificãdo instrumẽta et alias scripturas. Et de his oĩbus in seq. §. declarabitur.

§. III. Quantum ad tertiũ

pncipale oñdit q̃d demũ eueniat istis mẽdacib⁹ i stateris ⁊ falsificatib⁹. hoc videlz q: cũ ipi decipiãt: ipi decipiunt. Sed vbi in modico decipiunt q: in terrenis: ipi in multo q: in eternis a diabolo decipiunt: nõ perpẽdẽtes se inde p:iuari glia: ⁊ eterno igne puniri. Et sic intelligit illud ps. De vanitate in idipm pcedẽtes. s. mẽdaces de vanitate. i. falsitate qua vtunt ad decipiendũ. in idipm incidunt scz in deceptionẽ. Magna em̃ deceptio est qua decipiunt a diabolo: q: dũ intendũt ⁊ sperat ex suis deceptionibus ditari ⁊ gaudere inde summe d⁹ pauperant ⁊ ɔtristant cũ demũ in pũcto ad inferna descẽdũt ꝓpter ꝗ igne eterno cruciãdi: vbi nec guttã habere aque valẽt in refrigeriũ: sicut de diuite epulone postulãt vt Lazarus descẽderet ad eũ ⁊ aque gutta refrigeraret linguã eiꝰ. Lu. xvj.

§. IIII. De falsificatiõe mo

nete. Abb. fi. sup. c. Quãto. de iureiur. sic dicit ſm glosam in. d. c. Nõ licz sine ꝓsensu ꝓncipis seu imperato:is cudere monetã. vt in. C. l. ij. ⁊ iij. de falsa mo. ſm Bar. ⁊ Lynũ ibi. ⁊ hoc verũ nisi ciuitas vel ꝓnceps inferio: pscripsisset hoc p tantũ tẽpus de cuiꝰ initio nõ existat memoria: vt in c. sup quibusdã. de v. sig. vel nisi esset talis qui pscripsisset iura imperij. vt hispanie reges qui. vt dicit glo. dist. lxiij. Valẽtinianꝰ nõ subiacẽt imperio: q: de hostiũ faucib⁹ regnũ eruerunt. Mone⁊ta falsak. Falsak autẽ moneta multiplr. vt in glo. di. cti. c. Quãto. ⁊ sic varie punik. Uno mõ falsak moneta ꝑn cipis de nouo cudẽdo. ⁊ talis dz cõburi. vt. l. ij. C. de fal. mo. Scõo falsat q̃s cudẽdo monetã ciuitat⁹ vel inferio:is a ꝓncipe: ⁊ talis capite punik. vt. C. de fal. mo. l. j. Tertio cũ q̃s nõ fabzicat de nouo monetã: sz fabzicatã cudit. s. mimẽdo: vel tingit puta monetã ereã vt appareat aurea. et talis punik vltimo supplicio. vel dak ad bestias ſm cõditionẽ pone. vt. ff. ad. l. cornel. de fal. l. quicũq̃. Itẽ notãdum scõo q̃ habẽs ius cudẽdi monetã dicit fraudare eã trib⁹ modis. Primo ſm Inno. qñ certũ pondus a ꝓncipio ꝓ quolibet denario demik de mãdato ꝓncipis. ⁊ illã sic diminutã mãdat postea recipi ac si ꝓmi põderis esset. ⁊Fraudak monetã.

Scõo mõ ſm Inno. qñ obiectio: cudik moneta multo minoris põderis vel valoris q̃ esset deductis tñ expensis factis p ea fiẽda. Et sicvult Inno. q̃ tãtũ debet valere moneta in forma quãtũ in materia valet: deductis tñ expẽsis quas autoritatẽ p:estãs de suo facere nõ tenek. imo si ꝓnceps indiget poterit inde habere aliqõ lucrũ vt sic min⁹ valeat q̃ materia etiã deductis expẽsis. Et hoc verum si extra regnũ nõ spargerek moneta talis: q: tunc: scz extra regnũ spargendo sequerek damnũ etiam non subdito:uz In primo aũt casu credit Inno. q̃ possit ꝓnceps minuere monetã cũ cõsensu populi: q: quilibet põt renũciare iuri suo. vij. q. j. q̃ periculosum. sed dicit esse periculosum. ⁊ dicit sufficere ꝓsensuz magnatũ regni: q: negociũ putak negociũ vniuersitak. Jfateꝰ etiã Inno. licẽtiã populi nõ sufficere qñ moneta illa est expendenda extra regnũ. Tertio mõ fraudak ſm Host. extrinsec⁹ vt q: ꝓnceps bonã monetã reꝓbat vl equalẽ vel min⁹ valẽtẽ subijcit ad hoc vt de reꝓbata bonũ fo:ũ habeat: ⁊ illã cõflari faciat ⁊ cudi.

§. V. Quãtũ ad vsum falsæ

monete. Nota q̃ scienter expẽdens falsam monetã videk q̃ teneak pena. l. cornel. de fal. que regulariter est deporta tio ⁊ omniũ bonoꝝ publicatio. seruo vo vltimo supplicio punik. Sed Bar. dicit hoc pcedere qñ expendit nũmos plũbeos vel stagneos: q: de illis tm̃ facit mẽtionẽ illa lex als punik pena extraordinaria. Hec oia Abb. fi. Nota tamen q̃ vbi quis in aliquo loco vbi monete diminuti ponderis minus valẽt ſm illã diminutionẽ emit debito pcio: ⁊ postea illas portat ad aliũ locũ: vbi tãtũ valẽt quãtũ integre monete. ⁊ ita indifferẽter expendunt ⁊ accipiunt ⁊ intãtũ eas ꝓputãt quãtũ integras vt in q̃busdã ciuitatib⁹ regni ex quo plus vẽdit eas q̃ emerit: nõ videk in hoc peccare cũ nulli damnũ inferat: ⁊ sibi ex sua industria ⁊ labo

re lucrū q̄rit: sicut accidit de alijs mercimonijs q̄ plus minus ve valent in vno loco q̄ in alio: p regulā sciēti. de re. iur. in. vj. Sz q̄ bonas ⁊ integras monetas diminueret: ⁊ sic diminutas portaret ad talē locuz: vtiq; fraudē faceret ⁊ ꝓtra legē: ⁊ tenet talis lucrū paupib⁹ erogare. xiij. q. v. c. nō sane. Sicut etiā nō excusarent a pctō q̄ monetas malas ⁊ diminutas sciēter darēt p bonis: etiā si sibi date eēnt p bonis. ⁊ postea ꝑpendit de diminutiōe valoris. nō em̄ pōt absq; peccato fraudes alteri dare p bona ⁊ integra: q; culpa alterius ⁊ error suus nō dz alteri nocere. Culpa em̄ debet suos tenere actores ⁊ nō alios.

De malꝫ denarijs

§. VI. De falsificationib⁹ ī

pōderib⁹ ⁊ mēsuris. Ex cōcilio maguntin. dr. Ut mensure ⁊ pondera iusta fiāt: supple statuimus. ⁊. j. Si quis iustas mēsuras ⁊ iusta pōdera lucri cā mutare p̄sumpserit. xxv. dies in pane ⁊ aq̄ peniteat. eī de emp. ⁊ vē. c. ij. in glo. Insup punit̄ ꝑm leges. ſ. ciuiles. l. cornet. de fal. Hec pnia hic taxata fuit locū hz cū quincerēt i iudicio ecclesiastico ꝓtentioso. Nā in foro pnie idem iudiciū est de ista sicut ⁊ de alijs taxat̄ in canonib⁹: vt. ſ. sit arbitraria. arg. de pe. di. ſ. mēsurā. ⁊. xxvj. q. vij. tpa. Et dubiū non est quin talis peccet mortalr cū agat ꝯ iusticiā ⁊ in dānū p̄ximi: ⁊ tenet de omni dāno inde secuto satisfacere. eī de iniur. ⁊ dā. da. si culpa. Qr si scire non posset ꝓpter multitudinem personarū ⁊ varietatē: tenet pauperib⁹ erogare p̄cipue si in paruo illos lesit. Tenet etiā ad remediādū inquātuz potest sine periculo sue psone vel maioris scandali: vt scz auferant̄ de medio dicte mensure vel pondera falsificata vel adequent̄. ⁊ idē dicendū de eo q̄ eis. ſ. falsificatis sciēter vsus fuerit. ſ. q̄ peccat grauiter; ⁊ de eo in quo alius dānificatur per hoc sibi obligatur.

§. VII. De falsificatione in

scrip̄. ſfit aūt bvl̄ i bullis papalib⁹ vel instrīs: vel in lrīs ⁊ alijs scripturis. Et in bullis papalib⁹ seu rescrip̄ dicit falsa esse p surreptionē ⁊ per nouā fabricationez eius ⁊ p iuris interꝑtationē. Per surreptionē q̄dem dicitur falsa bulla vel rescriptū seu charta: cū scz in petitiōe gr̄e seu beneficij de quo ibi fit mētio aliq̄d tacitū ē q̄ si fuisset exp̄ssum nō esset ꝓcessum: cū est suggestū falsuz quo tacito forte nō fuisset concessuz: ⁊ talis dr falsarius. ff. de fal. l. si q̄s obrepserit. Et cū hoc studiose fit ⁊ aduertēter: nō est dubiū q̄ mortale ⁊ graue cōmittit. Nō tm̄ talis incidit in excōicationem latā ꝯ falsarios bullarū ꝑm Rich. in. iij. de qua. ſ. dr: caret tm̄ cōmodo illius gr̄e. puta supplicatū est pape q̄ det bñficiū curatū alicui cū hēat etatē legitimā. ſ. xxv. ānos. ⁊ hoc est falsum: q; scit illū non hz̄e. xxij. vel cuz supplicat̄ p bñficio cōferēdo illegitimo tacito q̄ fit illegitim⁹: talis gr̄a sic surrepticie obtēta nil valet ac si nihil obtinuisset. Verū vt in. c. sup litteris. de rescrip. fit distinctio vt videlz q̄n p malicia veritas tacet ⁊ falsitas suggeritur nullū cōmodū ex lrīs impetrās cōsequit. Qui aūt hec facit p ignorātiā ⁊ simplicitatē si tacuit talem veritatez vel exp̄ssit talē falsitatē: qua exp̄ssa vel tacita nō impetrasset illas lrās alicuius gratie: idem iuris videtur esse. Sed si etiam vitate illa exp̄ssa vel falsitate nō dicta etiaz lr̄as gr̄e alicui⁹ ipetrasset saltē in forma cōi: tūc nō caret cōmodo eaz totalr: sed tm̄ ꝑm rigorē iuris iudicat̄ ex eis nō ꝑm formā earū vt ibi dr. Vñ dicit glo. q̄ ad b̄ vt rescriptū teneat nihil dz supp̄mi ex his q̄ mouere aīm p̄ncipis possunt ad dādū rescriptū vel denegādū. Qui autē falsam chartaz fabricat de nouo: si ē bulla papalis vel rescriptū: talis deponit̄ ⁊ degradat⁹ tradit̄ curie seculari: si est clericus punit̄ dus. ſ. morte. ex de cri. fal. ad falsarios. ⁊ est excōicat⁹ ipo facto. ex. e. ad falsarios. Et ponunt̄ i. c. lz. e. ti. septē modi falsitat̄ cognoscēde. De hac excōicatiōe habes in. iij. pte. ti. xxiij. Scōm aūt leges pena falsarij hec est depositio et oīm bonoz cōfiscatio in libero: in seruo pena est mors. ff. de fal. l. ſ. Et hoc verū in falsante p se rescriptū p̄ncipis: falsantes alias lr̄as eccl̄ie excōicant. Quo aūt ad forū ꝓscie tie vltra mortale graue cōmissum: tenet falsarius siue testis siue instr̄i cuiuscūq; siue scripture vt in libris mercatorum vel sciēter ytens talib⁹ de oi dāno quod inde alicui sequitur: siue sit notarius siue testis siue coopator: vel faciēs hoc fieri. ex de iniu. ⁊ dā. da. si culpa. Et oē emolumētū q̄d ide recipit tenet restituere: q; fur est ⁊ latro. xiij. q. vj. Si res ⁊ in multis locis est excōicat⁹ p synodales. Qui etiā sciēter vtit falsis bullis incidit in illū canonē: ⁊ vltra mortale tenet ad restitutionē si inde aliq̄d vtilitat̄ p̄cepit. Item nota ꝑm glo. sup. c. in memoriā. di. xix. q̄ charta falsa p iuris determinationē vel interꝑtationē dicit cū scribit maioꝛem ptē vel oēs fuisse p̄ntes q̄ tūc non fuit pns. vt ex de his q̄ fi. a pla. sine ꝓsen. c. quāto. ⁊ talis falsarius suspendit ab officio ⁊ bñficio. vt ex. de testi. ⁊ attesta. tā lr̄is. Itē dr: falsa charta que nō hz testes inscriptos. vt ex de ꝓcur. c. Nota ꝑm Host. q̄ testes dicunt̄ inscripti q̄n per aliuz scribunt̄. Sz subscripti dicunt̄ q̄n ꝑpria manu subscripserūt Et q̄n quis scit scribere p se oportet subscribere in instrumēto. Sed si nescit scribere tūc pōt per aliuz subscribere. ex de sen. ⁊ re iudi. cū inter. Itē dr: charta falsa que habet subscriptiones sed varijs manib⁹ notatas: ⁊ q̄ non est ꝓfecta eadē manu. vt ex de pui. cum olim. ij. nisi ex hoc fit ibi diuersitas q̄ fit ibi calami vel atramēti mutatio: vt i aut. de fi. instru. ⁊ caute. in p̄n. Itē dicit falsa si est alieno figillo signata dūmodo habuit ꝑpriū: vt ex de appel. significauit. Item dicit falsa ꝑpter falsam grammaticā: vt ex de rescrip. ad audiētiā. ſ. Item dicunt falsa si sunt suspecte et eis nō imponit fides. vt. C. de ꝓba. l. iubem⁹. Itez dicitur falsa si sigillū est fractū: vel si non est ann⁹ indictionis apposit⁹: vt ex de fi. instru. inter dilectos. Itē si sunt impetrate lite pēdēte: vt ex de testi. ⁊ attesta. cām. ij. Itē si filuz est ruptū. vt ex de cri. fal. licet. Itē si sunt impetrate sine mādato dñi. ex de rescrip. Nōnulli. Itez dicunt littere falsa si eps appellat̄ filius vel si papa vni loquit̄ in plurali: vt ex de cri. fal. q̄ grauī. Itē dicit charta seu bulla falsa si apparet eam fuisse rasam vel mutatā ⁊ talis deponit̄. ex de cri. fal. ad audiētiam. Hec oīa in glo. in. c. in memoriā. dis. xix. Sed quātū ad istud vltimuz. ſ. de rasura. ⁊ illud aliud. ſ. de falsa grāmatica. dic̄ Durā. or. di. mino. in summa. q̄ bē intelligit de rescrip. pape. ex de rescrip. ad audientiā. ſ. Alia aūt instr̄a nō vitiant̄ p falsam grāmaticā. Unde in p̄uile gijs ⁊ testamētis falsa latinitas nō nocet duz cōstet de voluntate testatoris: vt. C. de testa. l. errore. Et b̄ io: q; lr̄e papales trāseūt p multas man⁹. Nā legunt̄ p̄mo in petitiōe scōo in notula: tertio in lr̄a grossa. Hec Guil. ⁊ Jo. xxv. q. ix. c. aplice. Sed si hz defectū lr̄e vel syllabe non vitiat̄ ꝑpter hoc. c. ex pte. ex. de fi. instru. nisi subtractio lr̄e aliuz sensum inducat q̄ dictio integra. c. inter dilectos. ex de fi. instru. Item instrm̄ vitiat̄ si hz scripturā interliniarē vel rasurā in loco suspecto q̄n lr̄e sunt apte: secus si sunt clause. Hec ille. Itē dicit instrm̄ falsum si est ꝑiū alteri ex eadez pte ꝓlato. vt ex de fi. instru. iputari. Sed nota q̄ instrūt̄ attestatōes cū iueniunt̄ false ꝑ pte: vtrū in toto reꝓbetur. Glo. Jo. sup. c. si ad scripturas. di. ix. arguit ꝑ ⁊ ꝯ tam dē soluit dicēs. q̄ si plura capl̄a ibi ꝓneꝛa sunt vel vnū ē accessoriū alteri vno cassato seu falso ꝓbato: ꝓneꝛa ⁊ accessoria cassant̄. Secꝰ si diuersa ⁊ sꝑata sunt. Hec distinctio ꝓbat̄. ff. de neg. gest. l. eū actū. ⁊. ij. q. vj. si q̄n. §. diffinitia. Sed Bar. b. ix. dicit. Ego credo q̄ si aliq̄d falsitatis reperiatur in instrumēto totum reddit̄ suspectum: vt. ff. de fi. instru. l. ij. hec ibi.

bullafalsa ꝑ surreptionem

bulla falsa per nouā fabricationē.

§. VIII. Quarto fit falsifi;

catio i ptub⁹: cū. ſ. supponit̄ alien⁹ ptus. ex de pe. ⁊ re. officij. ⁊. ff. ad. l. cornet. de fal. l. qui falsam. Et idem dicendū q̄n mulier ꝓiugata habuit filium per adulteriū quē mari tus estimat suū. Nota si mulier cōcepit per adulteriuz

ſfalsa iuris ꝓtatio

de alien

vel supponit sibi alienū partū quicqd expēderet p nutritione ⁊ gubernatione illi⁹ creature: ⁊ ad id in quo succederet putatiuo patri: teneť totū ad restituendū: q⁹ furtuz cōmisit: quātum possibile ē. De b̄ tn̄ sic dicit in sum. Ray. Talis mulier dz laborare q̄bscūq; modis pōt vt legitimi heredes nō fraudenť de hereditate paterna: caute tn̄. Reuelare em̄ simplr marito vl etiā ipsi spurio vel suppositono expedit absolute. s. ⁊ sine distinctione: vt dicit ibi gl. tum q⁹ forte inde pueniret homicidia ⁊ adulteria. tum q⁹ maritus forte dimitteret eā. ⁊ nō valētes forsitan continere vterq; adulteraret: tum forte q⁹ nō crederet sibi. Ita ergo peccat. Reuelet factū suū in penitētia sacerdoti parochiali vel alteri magis pito. ⁊ postea cū ipo vel sine ipo reuelet epo in penitētia. Et tūc epūs vel etiā sacerdos si tāte discretiōis vel maturitať sit: vel qđ tutius est ambo dilīgēter inquirāt simul et caute si spuri⁹ vel supposit⁹ sit hō spūalis ⁊ timēs deū. Quo inuēto vocēt eū secreto coram muliere. ⁊ si videbiť expedire recepto pus sacro a muliere q nō calūnioſe peccat: ⁊ etiā ab illo q factū secretū teneat: poterūt reuelare sibi ⁊ inde ꝓsulere q ingrediať religionē vl q trāsferat se ad lōgiquā regionē: ⁊ sic nihil peccet de bonis illius quem credebat esse patrē. Hec Ray. Idē Guil. ⁊ Hosti. Et addit Hosti. q etiā ipa mulier pot marito reuelare si nō timet sibi piculū: sic sūt aliq mulieres q dnanť viris: ⁊ etiā aliq scientibus viris adulteranť: ⁊ filios ab alijs susceptos sciēter ipsi viri nutriūt tāq; suos. Et in hmōi casu consulendū est q reuelet marito. ⁊ sic eo assentiēte absoluta est mulier quātū ad restitutionē: q⁹ cōcessum est marito disponere de suo sicut placet. Hec Host. Si vo illi spurio vel suppositono nō potest reuelari sine periculo vel etiā marito: aut etiā si facta reuelatione tali fratrio sm dictā formā nō vult acqescere cōsilio: tūc iniūgať mulieri q de spōsalicio suo ⁊ alijs reb⁹ q̄s hz vel in futurū habere poterit satisfaciat iux posse dolēs semp de peccato. ⁊ si nō pōt plene satisfacere ꝓponat firmiter in animo q satisfaciet q̄ cito poterit: ⁊ sic erit in bono statu. ar. xxij. q. v. hoc videť. ⁊ ex. de pe. ⁊ re. officij. vbi poniť talis casus. Dicta aūt satisfactio fiat mediāte ꝓsona discreta secrete ⁊ caute ⁊ sub hmōi vbis. Quedā ꝓsona teneť vobis in hoc accipite. Idē Guil. ⁊ Host. qui etiā addit q satisfaciat etiā heredib⁹ ab intestato: vel etiā scriptis. s. in testō. Satisfaciet etiā vt dicit Inn̄. illis q̄b⁹ verisimr credit q sua reliq̄sset: vel si hoc nesciť deť paupib⁹. Nō si mulier non haberet q̄d daret. tūc sm Innoc. si hz ꝓbationes p quas releuare posset successores p̄dictos a dāno qō hnt sua occasione dz eas adducere: nisi inde eēt graue malū puētus: tūc em̄ nō dz facere: q⁹ min⁹ malū est dānū rerū q̄ corpoz ⁊ aiarū. ⁊ idē est in filib⁹. Si vo nō hz ꝓbationes fideat. ij. q. vij. plerūq;. ſFili⁹ aūt hmōi spuri⁹ vel suppositus. vt dicit Guil. nō teneť soli mulieri credere: precipue cuz multe sint malicie ⁊ fallacie mulierū. vñ si in sana cōsciētia ꝓseuerat: credo in toto q excusať p ignorātiā inuincibilez facte deceptiōis de pcipiēdis. Si vo honestas femine et alie ꝓbabiles circūstantie faciūt ei ꝓbabilē cōscientiā de vitate facti: ⁊ vult tutiorē viā tenere: nil vlteri⁹ percipiat. De pceptis aūt ⁊ iā cōsumptis q̄diu habuit bonā fidez: ꝓsulit Ray. q restituat vel cōponat vel remissionē petat p aliquā aliā ꝓsonā tacito negocio. Dicit tn̄ ad hoc nō eē talē cogēdū si de facili nō pōt ad b̄ induci: sz de cōsumpt̄ Ul. simplr dicit talē non teneri. Satis ꝓcor. Jo. neapo. in quodlib. Et addit nō solū si periculū ꝓsone imminēret: sz etiā amissionis fame ⁊ fine periculo vite: nō videtur q teneať manifestare si hoc ꝓbare nō potest.

§. IX. Quinto fit falsificatio in iudicio:

vt qñ iudex ꝓtra leges ⁊ iura pnūciat: sicut iudex in sentētiādo iniuste. ff. eo. l. j. vel q̄ falsam legem vel canonē cuius auctor ignorať allegat: sicut faciunt interdū aduocati iniustā cām defendēdo. ff. ad. l. cornel. de fal. l. j. vel etiā corrumpentes testes: aduocatos: ⁊ iudices. ff. eo. §. j. Sed de hoc poneť spāle capitulū sequēs.

¶ De iniusticia que fit in iudicijs: ⁊ quoad iudicē: ⁊ quo ad accusatorē: ⁊ quoad reum: ⁊ quoad testes: ⁊ quoad aduocatū: ⁊ quoad ꝓcuratorē. Cap. xix.

Ge iniusticia que fit in iudicijs que frequētius ex auaricia ꝓcedit sm illud Isi. li. sen. Cito violať iusticia auro. xj. q. iij. Paup. Vñ ⁊ dns in veteri lege mādauit iudices institui q̄ oderint auariciā. Cōtra aūt iniuste iudicātes iuehit ps. dices. ps. lxxxj. Usq;quo iudicaťis iniquitatez: ⁊ facies pctōz sumiť: iudicate egeno ⁊ pupillo. Ubi tria notanť.

¶ Primo repehēdiť prolatio iniusta sentētiarum: ibi. Usq;quo iudicatis iniquitatem.

¶ Scdo arguitur acceptio indebita personarū: ibi. Et facies peccatorum sumitis.

¶ Tertio precipiť subuentio miserabiliū ⁊ oppressoruz: ibi. Judicate egeno ⁊ pupillo.

§. 1. Quātū ad primū sciēdū q iniqtatē iudicare est iniuste ⁊ inique iudicare.

Dicit em̄ iniqtas q̄si ineqtas. i. nō eqtas. Equitas aūt ad quam intēdere semp dz iudex sm iura est seueritas iusticie dulcore mie tēperata. Inique g̃ iudicat qui cōtra equitatez ⁊ iusticiā iudicat: ⁊ hoc multipliť. Primo iudicādo eū q̄ nō est sibi subiectus: vt laic⁹ clericū: ⁊ prelatus nō subditum sibi. Contra cui⁹ presumptionē inuehit apls Roma. xiiij. Tu autē q̄s es o homo q̄ iudicas alienū seruū. Unde ⁊ in figurā dns precepit q̄ trāsiens p alienū agrū nō mitteret falcē in messem alienā. s. falcez iudicij in non subditos. vt exponit Greg. vj. q. iij. scriptū. Scdo inique iudicat: q̄ de his que deo sunt reseruata iudicat: vt de occultis. Unde apls. j. Cor. iiij. Nolite ante tps iudicare q̄adusq; veniat dns. Et Urba. papa. De manifestis qdē loq̄mur. secretorū em̄ cognitor ⁊ iudex est deus. xxxij. di. erubescant. Tertio inique iudicat q̄ postposito ordine iudiciario iudicat Unde post multa. c. ij. q. j. cōcludit Gratian⁹. §. his oibus q̄ null⁹ est cōdēnandus nisi iudicio ordinabiliter habito: aut cōuincať aut sereuz cōfiteať. Et Job. xxix. dicit de se. Causam quā nesciebā diligētissime examinabā. Quarto inique iudicāt qui p pecuniā smias pferūt: cū dicat Aug. Nō licet iudicia vēdere iustū iudiciū. xj. q. iij. Ad hoc etiā facit ⁊ optime qō hz. q. ea. qui recte. Vñ cōtra tales inuehit Micē. ppha. iij. c. dices. Judices ei⁹ in munerib⁹ iudicabāt ⁊c. Et paulo post in punitionē talis crimis dr. Idcirco syon q̄si ager arabiť. Quinto inique iudicat q̄ ex leuibus suspitionib⁹ nō sufficiētib⁹ pbationib⁹ sentētiā pfert qō fiendū nō esse dicit Melchiades papa dicens. Primo semp oia diligēter inquirite vt cuz iusticia ⁊ claritate diffiniatis. Neminē cōdēnetis ante verū ⁊ iustū iudiciū. nullū iudicet suspitionis arbitrio. Jn cui⁹ figurā ⁊ exēplū dns cū audisset clamorē sodomorū de eoz vitio noluit iudicare seu pferre sniam cū oia sciret nisi prius oculis videret p angelos inqrēs. vt ptz Gen. xix. Certo inique iudicat qui ad iudicādū nō zelo iusticie vel ratiōe: sz passione mouet odij: amoris: timoris: vel ambitionis. sicut iudei ex odio: pilatus ex timore iniusto cōtra xpm pcesserūt. Unde. s. Pe. ij. c. dr. Tradebat autē iudicāti se iniuste. Unde Grego. dicit q̄ quattuor modis puertiť humanū iudiciū. Timore dū metu ptātis alicui⁹ loqui ptimescim⁹. Cupiditate dū premio animū alicui⁹ corrūpim⁹. Odio duz contra quēlibet aduersariū molimur. Amore dum amico vel ppinquo prestare aliq̄d intēdimus. xj. q. iij. quattuor. Septimo inique iudicat q̄ exūs in filibus pctis vel grauioribus: ⁊ precipue notoriis reos cōdēnat. Ad qō facit qō ait apls Ro. ij. In quo aliū iudicas teipm cōdēnas. i. condēnabilē ostendis. Hoc em̄ aliū scandalizat sm. b. Tho. ij. ij. q. xxiij. q: nō videť facere ex iusticia: sed ex supbia ⁊ ostētatione. Unde ⁊

Quarto mulier suppositus alienū partum saciat/ ⁊ dz.

Falsificat.

Peruertit iudicium.

dñs de adultera dixit Joh.viij. Qui sine pctō est vestrum p̄im⁹ in illam lapidē mittat. Nō tñ debet crimina dimittere impunita: sed ꝓponere emēdationē in se. ⁊ cū humilitate cōdēnare ⁊ nō peccabit. Hinc ⁊ Ambr. super Mti imma culati ait Judicet ille de alteri⁹ errore q̄ nō habet qđ i seipo cōdēnet. Judicet ille q̄ non agit eadē q̄ putauerit in alio puniēda: ne cū alium iudicat in se ferat sniam. Judicet ille q̄ ad ꝓnunciandū nullo odio: nulla offensione: nulla le uitate ducat. Et infra. Discite iudices seculi quē in iudicando tenere debetis affectū sobrietatē inquā ⁊ finceritatez. iij.q.vij.iudicet. De ꝓcessu autē iudiciario ⁊ de pluribus pctis que fiunt in iudicando habes. j.in. iij. parte.titu.ir.

§.II. Quantū ad secundū

In iudicio nō debere ꝑsonaz accipere.

p̄incipale acceptio ꝑsonarū repr̄ehēdit cuz dicit. Facies pctōr sumitis.q.d.male facit sumendo facies pctōr. Sumere facies pctōr est respicere ad ꝑsonas potentes ⁊ diuites ⁊ nobiles: q: cōiter sunt pctōres. ⁊ sic nō ꝑm merita cause: sz intuitu potētie: diuitiaz: cōsanguinitat: amicitie ⁊ hmōi. ꝓ talib⁹ iudicare qđ ptinet ad acceptionē ꝑsonaz Sed vt dr. ex de re.iur.li.vj. Accipe ꝑsonā in iudicio nō est bonū: immo ꝓhibitū dicēte dño. Audi magnū ita ⁊ paruū audietis. Debet em̄ iudices dñm oim vt supr̄emū iudicez imitari. de quo ait Pe. apl's Act.x. In veritate cōperi q̄ nō est accept⁹ ꝑsonaz de⁹. Vel etiā q: facies significat cōscientiā. ꝑm illud Thren. iij. Denigrata est sup carbones facies eor̄ū. i. cōscia pctōr turpis effecta sordib⁹ vitior̄. Sumere facies pctōr in iudicio est iudicare ꝑm cōsciētiā quā sibi faciūt pctōres q̄ nō curāt agere cōtra iusticiā dū modo seruiāt ⁊ cōplaceāt amicis. ⁊ diuitias ⁊ glorīā cōsequātur. Refert Pe. de pa. in. iiij. q̄ in frācia dū quidā foderet in agro suo inuenit humanā linguā viuā loquentez Et interrogat⁹ q̄s esset. Rñdit fuisse linguā hois pagani q̄ iudex fuerat a diu in paganismo mortu⁹ ⁊ sepultus: ⁊ q: nunq̄ dederat sniam iniquā: ideo de⁹ reꝛuauerat illā aiaz in illo mēbro sue lingue quousq̄ baptismū reciperet. Unde rogauit q̄ significaret hoc ep̄o loci vt veniret ad baptizandū eum. ⁊ hoc esset signū veritatis predictor̄ si ipa lingua baptizata subito in puluerē reuerteret. Aduocat itaq̄ eps cū clero ⁊ ppl'o. Et post locutionē ipius lingue de predictis cor̄ā oib⁹ baptizata subito resoluta est in puluerem. Vel etiā sumere facies pctōr est iudicare de reb⁹ ꝑm apparentiā put faciūt peccatores: nō ꝑm existentiam ⁊ put sunt. Cōtra quos ait saluator. Nolite iudicare ꝑm faciem: sed iustum ⁊c. Joh.vij.

Exēpluz de iusto iudice.

§.III. Quantum ad tertiū

Egenor pupillo i iudicio subueniꝛre.

Mādat iudicib⁹ vt debeāt subuenire paupib⁹ ⁊ pupillis di. Judicate egeno ⁊ pupillo. tales em̄ cōiter opprimūtur ab aliis. Un Jsi. in lib. sen. Paup dū non habet quod offerat: nō solū nō audit: sed etiā contra iusticiā opprimit xj.q.iij. Et p Esa. dñs ait. Pupillo nō iudicant: ⁊ causa vidue non ingredit ad eos. Nō sic egit traian⁹ impator etsi ethnicus: sz cāmvidue sibi querelā ponētis de filio occiso a filio ipius impatoris patiēter audiuit: ⁊ iustissime iudicādo sentētiauit. Sic filie salphaat q̄nq̄ꝛ phane i petitione sua iuste fuerunt a iudice moyse ppl'i israel audite ⁊ exaudite. Sic sctus Juo britānus causas orphanor̄ ⁊ pupillor̄ ꝓtra potētes efficaciter defendebat. Et sctus Ludouicus rex francor̄ ipor̄ grauamina diligētissime subleuabat. tenent em̄ iudices ad hoc ex officio. De ipis em̄ dicit Veritas cuz minime defensat opprimit. Negligere q̄ppe cū possis ꝓturbare puersos nihil aliud est q̄ fouere. Nec caret scrupulo societat̄ occulte q̄ manifesto facinori desimit obuiare. di.lxxxiij.error. Sed ⁊ Bra. pbat q̄ viduis ⁊ orphanis tenent epi auxiliū prestare: ⁊ cōtra improbor̄ violentias ꝓtectionis patrocinū nō negare. di. lxxxvij. ꝓtotū. Ubi dicit glo. q̄ viduis: pupillis: liberīt ⁊ oppressis tenet prelat⁹ patrocinū prestare. Et sup. c. licz. di. ea. dicit glo. q̄ paupet ⁊ opp̄ssor̄ cause ⁊ peregrinor̄ spectāt ad ecclesiā. ex de ver. sig. sup quibusdā. Spectāt etiā ad iudiciū regis. vt. xxiij. q. v. regum est. Itē tutelā miserabil ū ꝑsonarū: pupillor̄: orphanor̄: ⁊ viduarū: oēs p̄nt suscipere clerici ⁊ monachi. vt dicit dist. lxxxvj. c. peruenit. cum glo. Monachi tamē nō sine licētia suor̄ superior̄. Dñs deus etiā ꝓmittit eas iuuare. ꝑs. Viduā eius benedicēs benedicā ⁊c. Et ꝑs. Orphano tu eris adiutor.

§.IIII. Notandū autē q̄ in

Judex iusticie cōmitt.

iudiciis cōcurrūt quiq̄ gña ꝑsonaz. s. iudex ad sententiādū. actor: ad accusandū. reus ad respōdēdū: testis ad pbādū. ⁊ aduocatus seu ꝓcurator ad defendendū. ⁊ quelibet horū ex auaricia cōtingit ꝓpetrare pctm̄: qđ cōi noie iniusticia nūcupat. Un de singulis horū videndū est. Et ꝓmo iudex cōmittit iniusticiā cū ꝓfert iniustā sniam. ⁊ hoc pōt esse ꝓ certā sciam. aut ꝓ ignorantiā. aut ꝓ negligētiam Et cū hoc facit primo modo. s. aduertēter peccat mortaliter ⁊ multū grauiter: q: agit cōtra deuz cui⁹ officio fungit. Dicit em̄ dei est iudiciū. ⁊ cōtra bonū cōe qđ cōseruat ⁊ ꝓmouet ꝓ iusticie executionē. ⁊ cōtra charitatē ⁊ iusticiā erga illū cōtra quē ꝓfert sniam. ⁊ grauis⁹ est rapina. vñ tenet ei de oi interesse in casu q̄ ille ꝓ quo dedit sniam inquā non vellet vel non posset satisfacere. Rō est. q: occasionē seu causaz efficacez dedit dāno illi⁹. ⁊ q̄ occasionē dat dāni dānū quoq̄ dedisse videt. ex de iureiur. ⁊ dā. da. si culpa. Un glo. sup. c. hoc etiā placuit. ij.q.vj. dicit q̄ si iudex ꝓ dolū vel gratiā vl odiū vel ꝓ pecunia male iudicauit: punit i verā litis estimationē: ⁊ infamis efficit. C. de pe. iudi. q̄ ma. iudi. l. ij. Et vltra restōem ꝑm leges multas: alias penas sustinere debet. Et cōtra quis i foro iudiciali nō cogat ad restōem vl alias penas nisi cōuict⁹ vel cōfessus. tñ in foro ꝓniali seu cōscie absq̄ cōuictione tenet ad restōem oīs dāni leso. vt dictum est ꝑm Ray. ⁊ Host. ⁊ Ul. Et dz ei imponi pnia tanq̄ ꝓ grauissimo crimine. xj.q.iij.c. quicūq̄. Si autē esset talis iudex ecclesiasticus incurreret etiā penā suspensionis ab executione officij ꝓ annū. De qua vide. j.in. iij. pte. ti. ir. Si vo per ignorātiā iniuste iudicat: tūc aut ex se iudicat sine assessore: aut de cōsilio assessoris. Et si ꝓmo mō. l. ex se ⁊ ignorantia illa est crassa ⁊ supina: q: nec ꝙ se sciebat qđ cōiter debebat scire: nec ab alijs curauit inuestigare. tūc ꝑm Ray. ⁊ Ul. ⁊ glo. Jo. ꝑm leges tenet leso inquātū bonū ⁊ equū videbit religioni iudicātis. C. de va. ⁊ extraor. cogni. l. fi. Jn iudicio aūt aie credo inqt Ray. q̄ teneat ad restōem: vt in ꝓmo casu. Rō huius est: q: in culpa fuit cuz scire debuit se insufficienter: ⁊ tñ iudicare ꝓsumpserit. ex de iniur. ⁊ dā. da. si culpa. Si autē fuisset ignorātia probabilis in eo. vt q: facta debita diligētia ad inuestigādū a peritis de ꝓfilio eor̄ tulit iniustā sniam ꝓ iusta siue scīēter male ⁊ iniuste cōsulentib⁹. siue q: erat materia variaruz opi. ⁊ illi ꝑm suā opi. quā rectā putabāt cōsuluerūt excusatus est iudex precipue delegat⁹ ꝑm Ul. ⁊ etiā vt videt ordinarius nil omittendo de contingētib⁹ ad inuestigādū veritatē rei. Si vo iudex hoc fecerit de cōsilio assessoris q̄ asserebat talē sniam iustā excusat: q: in eo est ignorantia pbabilis q̄ excusat. ar. di. xxxvij. §. fi. Dant em̄ assessores iudicib⁹ ꝓpter sciam eor̄ ⁊ cōsulāt ignorātib⁹ iura. Quāuis enim nō possit esse iudex ecclesiasticus nisi habeat mediocrem saltē sciam. vt ex de elec. cum nobis. ⁊ di. xx. c. j. in glo. Tamē in seculari iudicio si habet consuetudinē causarum siue peritiā iudicādi pōt cōmitti causa iura ignoranti: ⁊ pōt esse ordinari⁹. C. de iudi. l. certi iuris. vbi dr. q̄ milites ptm̄ esse iudices. De iudice etiā delegato dicit Ul. q̄ sepe est ignarus iuris. qđ etiā nouit delegās: sz ratione bonitatis delegat sibi cām. ⁊ talis si tulit iniustaz sniam bona fide ⁊ cōsilio peritor̄ nō tenet ad satisfactionē. Et idem videt di cēdū de arbitris quoad snias iniustas. Si vo tulit iudex iniquā sniaz siue ordinari⁹ siue delegat⁹: siue arbiter. q: l. etsi erat sciēs tñ neglexit reuoluere libros ⁊ studere imate-

per ignorantiam

Conse assess

riam: vel si nesciebat per se neglexit querere cōsilia pitor. etiā si esset delegatus nō excusarek ab obligatiōe restōnis parti lese p suam iniquā sniam: etiaz si credebat iustā fore ꝑ m Ray. ⁊ Vl. Itez si fuit negligēs iudex ad assumēdum idoneū assessorē: q: elegit ignorantē: aut hoiez male cōsciē tie ꝑm cōez opi. siue hoc fecerit ex auaricia vt minus expē derer in salario dādo: siue ex amicitia vt seruiret amico ꝑ illo roganti: siue ex icuria vel alia causa: nō excusarek a re stitutione: q: in culpa fuit. ex de iniur. ⁊ dā. da. si culpa. Si aūt assumpsit qui cōiter tenebak bonus ⁊ sufficiēs: vl' dak sibi a supior.: ita q de eius cōsilio hz iudicare: tūc excusak iudex a pctō ⁊ restitutione ferēdo iniquā sniam quā crede bat iustā ex cōsilio assessoris ipsius. Sed ipse assessor tene tur insolidū parti lese ꝓsulendo seu ostēdendo sniam fore iustā: si hoc facit mala fide ⁊ cōtra cōsciam: vel etiaz bona fide: hz ex crassa ignorātia aut negligētia. ff. qō quisqz iur. l. ij. ⁊ hoc ꝑm Ray. ⁊ Hostien. ⁊ Vl. Itē no. q iudices seu officiales iudicātes in causis vsuraz: vt florētie officiales mercātie si p suā sniam cogūt ad soluēduz aliquas vsuras vel nō ad repetēdū solutas peccāt mortaliter ⁊ tenenk ad restōnem: q: pstant cām efficacē dāni. ex de iniur. ⁊ dā. da. si culpa. Et si hoc facerēt ex statuto vel cōsuetudine tales officiales sunt excōicati. vt in cle. ex graui. de vsu. Itē iu dex si accipit pecuniā vt iudicet: siue vt nō iudicet: siue vt iudicet male: siue vt iudicet: bñ peccat mortalr cū teneak gratis officiū suū exercere. ar. xliij. q. v. non sane. Pecuniā aūt illā retinere non pōt. Sed qd debeat facere de tali pe cunia habes. j. in. iij. parte ti. ix. Ubi etiā habes vtruz pos sit penas debitas reo relaxare vel augere vel minuere.

§. V. Actor siue accusator

nus p̄ditoria. De qua xp̄s Lu.xvij. Ecce manus tradētis me mecū est in mēsa. Nō em̄ fit p̄ditio nisi p familiares. Et hec habet q̄nq; digitos. Prim⁹ est in castris ⁊ populis ⁊ terris: q̄n scz quis aufert a legitimo dño ⁊ dat p̄dito rie alteri q̄ ibi ius non hz: tenet talis de oibus dānis inde secutis. Scōs est in p̄sonis q̄n tradit dñm suū vel amicū in man⁹ inimici occidēdum: vel redimēdum vel impediēdum a negociis suis: ⁊ tenet ad oē interesse. Tertius in rebus q̄n pecunias vel alia bona sui dñi vel amici procurat deuenire ad manus inimicorū: aut cuz associat se cū aliquo vt ducat ad locū vbi spoliet. Quartus est quādo secreta reuelat dñi sui vt dānificet: vel aduocatus secreta cause quā defendit aduersario pādit: vt se possit defendere: et tenet ad damna. ex̄ de iniur. ⁊ dā. da. c. Si culpa. Et de his omnibus. s. ti. j. c. xxij. Quintus est cum quis vtitur īfidijs non seruando promissa pacta: etiaz si esset hostis dum ⁊ ipse ei seruat fidez ⁊ non al's. xxiij. q. j. Noli.

§.XV. Decimatertia ma-

nus est simoniaca. Et de hac. iij. Reg. xiij. Quicūq; volebat ip̄lebat manū suā. s. pecunia quā dabat ⁊ fiebat sacerdos. Et hec hz q̄nq; digitos seu modos. Prim⁹ ē accipe pecuniā vel alia tpalia p sacramētis aut bñficijs conferēdis vel collatis p modū p̄cij nō per modū elemosyne: ⁊ talē pecuniam retinere non pōt: sed paupibus dz erogare vel eccl'ie in cui⁹ iniuriā data est. Tho. ij. ij. q.c. Scōs est accipe pecuniā app̄eciatiue p alijs rebus sacris: vt ecclesijs altaribus cōsecratis: aqua baptismali cōsecrata: oleo sancto: reliquijs sanctorū: sepulturis loci sacri: iure patronatus: īgressu religionis ⁊ hmōi. talis pecunia retineri nō pōt sed paupibus erogari opz: vel ecclesie p qua cōmissa est simonia. Tertius est p spūalibus exercitijs: vt p predicando: orādo: visitādo: eligēdo: confirmādo: a correctiōe desistendo: curā animarū exercēdo: consecrādo ⁊ hmōi. ⁊ alia recipiēdo pecuniā exactiue vel pactionaliter vel app̄ciatiue tenet paupibus erogare: vel ecclesie in cuius iniuriam data est: sed ſi p modum elemosyne retinere pōt sibi.

Quart⁹ est q̄n accipit beneficiū simplex vel curatuz aut dignitatē simoniace: q: tenet resignare: ⁊ fruct⁹ inde perceptos restituere: etiā cōsumptos deductis expēsis factis in vtilitatē bñficij illius: ⁊ p fructibus colligēdis. Quintus est de mediatoribus ad p̄curandū bñficiū vel officiū ecclīasticuz vel aliq̄ spūale: hi tenent pecuniā p̄pter hoc receptam paupibus erogare. Hec omnia btūs Tho. ij. ij. q.c. ⁊ Ray. et Innocē. de his. s. titu. j. c. v. per totum.

§.XVI. Decimaquarta est

manus impeditoria. Eccli. ij. Ve dupplici corde ⁊ manib⁹ male faciētibus. i. impediētibus bona aliorū. ⁊ hec habet quinq; digitos. Primus est quādo q̄s impedit aliquem a cōsecutione alicuius beneficij vel officij. Et ſi iam illud erat p̄secutus ⁊ possidebat: ⁊ iniuste p̄curauit sibi auferri tenet satisfacere in totū. Si nondū erat cōsecut⁹: scz in via habēdi tenet ad arbitriū boni viri. Tho. ⁊ Richar. in. iij.

Scōs est q̄n impedit fructus p̄ueturos alicui⁹ agri vel vinee: vel effodiēdo semina: destruēdo vineas: arbores ⁊ hmōi: qui tenebit ad quātum estimabūtur fructus in illo dubio valituri. Tho. in. iiij. Tenēdo etiā colūbarios ⁊ nō sufficiēter pascendo vnde dānū inferūt seminibus vel fructibus tenent de damnis. Pe. de pa. in. iiij. Tertius de his qui faciunt statuta vel capitula ne vsure solute possint repeti: vel q̄ possint hoies cogi ad soluēdum: ⁊ qui iudicat ſm ea: vel etiā sine statutis dāt sententiā q̄ soluant vsure vel solute nō repetant: hi tenent ad eas restituēdū ſi vsurarij nō restituant: impediūt em̄ restōnem. xj. q. iij. c. q̄ consentit. Quart⁹ est de his qui dāt lras emunitorias debitoribus iniuste ne possint cogi a creditorib⁹ ad soluendū eis cū possint. hi tenent illis de illis dānis. Quintus ē de iniuste impediētibus ne q̄s possit exequi negocia sua honesta occultando instrumēta vel scripturas per q̄ manifestatur ius suū: vel impediētes ne q̄s accedat ad iudicē ecclesiasticū in causa qua pōt vbi sibi fieret iustīcia: vel aliter iniuste ⁊ maliciose impediens iter suum ad iudicium vel ad negocia sua vnde recipit dānuz. Et de his tenetur.

§. XVII. Decimaquīta est

manus lusoria. de qua potest itelligi illud Job.xxxi. Si īdeſt nō. osculat⁹ sum manuz meā in abscōdito. Luso: em̄ cū vincit attribuit manus industrie vñ aliq̄n osculat eam vt causam lucri. Et hec hz q̄nq; digitos. Primus cū decipit i ludo: vt p falsos taxillos aut chartas: aut dicēdo mēdaciū. ⁊ sic vincit: tenet em̄ restituere decepto. Secūdus est q̄n vincit ab his q̄ alienare nō possunt: vt sunt serui: filijsfamilias: p̄cipue pupilli: vxores: religiosi ⁊ hmōi. ⁊ hec opz restituere eis qui habēt curam illorū. Tertius est q̄n vincit ei quē induxit vel traxit ad ludendū multa importunitate cum nō vellet ludere: vel volentē a ludo recedere inuitū detinet: ⁊ tenet restituere. Quartus q̄n vincit in locis vbi p̄hibet ludus: ⁊ p leges mandat fieri restitutio: que nec per dissuetudinem sunt abrogate: ⁊ tūc etiaz tenetur restituere perdenti ſm Tho. ij. ij. q. lxij. Richar. in

ilij. Ray. ⁊ Inno. ⁊ alios. Quintus est quando vincit in locis vbi nō ꝓhibetur ludus: vel si ꝓhibetur leges sunt abrogate per contrariam consuetudinē: ⁊ tunc debet pauperibus erogare. vtruz de necessitate vel de honestate: vide. s. titu. j. c. xxiij. vbi plene est ista materia.

§. XVIII. Decimasexta est

manꝰ locationis ⁊ cōductionis vitiatoria. De hac Deut. xxiij. Videbit q infirmata sit manus. i. deficiens opus in locando ⁊ cōducēdo. ⁊ hec hz. v. digitos. Primus est qñ quis locat alteri rem quā nouit vitiosam vt equū claudicantem vel domuz ruituram: qui tenetur de dāno inde secuto. Secūdus qñ nimis notabiliter exigit ꝓcium de re locata: domo: agro. vel veste ⁊ hmōi: vel qñ aufert ab eo rem locatā sine cā rōnabili ante tps conuentū. tenet em ei de dāno. Ray. Tertius qñ conducit qs aliū ad opandū nimis paruo ꝓcio notabiliter vel debitaz mercedē nimis tardat dare cū pōt: vñ ille recipit damnū: vl loco pecunie debite dat sibi res quas opz eū vendere minori ꝓcio q̄ dz habere. Quartus si cōductus ad operā ex festinātia vel negligētia non fideliter est opatus ⁊ bene vñ sequit damnum ei. Quintus qñ male tractauit rem sibi locataz: vt domū vel agrū ꝓmittendo destruere vel equū vel boues nimis fatigando ⁊ hmōi: tenet talis de hmōi damnis ad arbitrium boni viri. Ray. in summa. Vasallus etiam qui bona q̄ habet in feuduz a dño male tractat ex malicia vel negligētia: tenet de damnis. Et de his habes. s. ti. j. c. xv.

§. XIX. Decimaseptia est

manus turpiter lucratoria. de qua Esa. j. dñs. Manus vestre plene sunt sanguine. i. turpibus lucris. ⁊ hec hz. v. digitos. Primus est lucrū ex ope carnali vt meretricio: lenocinio: cōcubinatu: adulterio ⁊ hmōi. Scōs est ex arte vel actu ꝓhibito lucrari: vt ex arte mutuādi vel faciēdi tabellios: chartas: fucos: tonneamēta. vl ex histrionatu turpi seruiēdo vsurario: in numerādo pecuniā ad vsurā ⁊ scribēdo hmōi in faciēdo diuinationes: incantationes ⁊ hmōi: in scribēdo instrumēta in fraudē vsurarum. Tertius est lucrādo tpe ꝓhibito: vt die⁹ festiuis emēdo et vendēdo sine necessitate scribēdo vel alia opa ad lucrum faciendo. Quartus est negociari in locis ꝓhibitis: vt in ecclesijs vendēdo vel emēdo vel etiam mittendo ad terras saracenorum vel portando arma vel lignamina vel victualia: ⁊ q̄cunq; mercimonia sine licētia pape: tenet illud qō lucratus est: ⁊ tantūdem de suo mittere i subsidiū terre sancte Quintus est intētione mere cupiditatis vacare negociationi: vel intētione introducēdi caristiā. hi oēs debēt acq̄sita paupibus erogare magis tñ ex honestate ⁊ cōsilio q̄ necessitate. xliij. q. v. qui habetis. Et de his. s. titu. j. c. xxiij.

§. XX. Decimaoctaua est

manus detractoria ps̄. Erue. s. deus de manu canis. i. detractoris aiam meā. i. vitā. puer. xviij. Mors ⁊ vita i manibus lingue. s. detractorie. ⁊ hec habet. v. digitos. Primus est cū quis sciēter accusat aliquē de falso. ⁊ cōuictus de crimie cōdēnat: talis ei tenet satisfacere nō q̄dē detegēdo falsitatē postq̄ est punit⁹ reus: q: sibi imminueret periculum ꝑsone: ⁊ illi iā punito nō satisfaceret: ſz aliter ad arbitriū boni viri. ante punitionē aūt dz detegere falsitatez vel desistere ab accusatiōe. Scōs est qñ extra iudiciū ifamat aliquē de crimine sciēs non esse verū: vel nesciēs si est verū: q: tenet illis q̄b⁹ dixit declarare se falsuz dixisse: nisi ex hoc sibi imineret magnū piculuz vite ⁊ hmōi. Nam tūc aliter ꝓt pōt: debet satisfacere: vel cuz libellos famosos sup crimie de eo cōponit vel cātilenas qō peius est. Tertius est qñ ad aliq̄ crimē commissuz vē ab alio auget aliquid aliud notabile qō est falsuz. vt cū dicit se vel aliū turpia colloquia vel gest⁹ habuisse cū aliqua: sed etiā carnalem copulā. vel cum alij dicūt de eo turpitudinē cum aliquo agere tacet studiose: vel aliqua signa facit vt credāt verū esse qō nō est: ⁊ talis tenet ad declarādū falsum esse.

Quartus est cū dicit aliq̄ crimē alterius referens se audiuisse qō occultū est ⁊ ignorat si est verū: ⁊ talis quō debeat satisfacere: habes in. c. seq. §. iij. Quintus est cū dicē crimē alterius vē ꝓpetratū: ſz occultatū. ⁊ talis dz etiam famā restituere ꝓt pōt. vel etiā cū dicit ꝓtumeliā in presentia aliorū: ⁊ talis debet petere veniā. vel aliter se reconciliare cum eis.

§. XXI. Decimanona ē manus

ꝑsone lesoria. Mich. vij. Vir frēm suū venat ad mortez. malū manuū suaz dicūt bonū. ⁊ hz. v. digitos seu modos. Primus est auferēdo vitā occidendo aliū iniuste. i. extra iudiciū ordinariū ⁊ talis tenet ꝓt dicet i. c. seq. §. j. de dāno inde secuto. Scōs est mutilando mēbrū iurisdicti ⁊ tenet de expēsis in medicis ⁊ medicinis. ⁊ de lucro p dicto si ex mutilatione nō pōt laborare. Tertius est invulnerādo vel pcutiēdo iniuste sicut tollendo sospitatē: ⁊ tenet ad dāna inde ⁊ secuta. Quartus est incarcerando: ⁊ sic tollendo ei libertatē qō faciendo absq; causa rōnabili tenet de dāno qō inde sequit. secus si facit. q: est ei debitor: vt sibi citius soluat. Quintus cū mittit in exiliū vel ꝓfiniū iniuste: ⁊ p hoc aufert ei patriā. Et omne dānū qō in de recipit qō cōiter est multū tenet ei satisfacere.

§. XXII. Vicesima est manus aiarū pdatoria. Et de hac Sap. j. Impij manibus et verbis mortem accersiūt. ⁊ hz. v. digitos. Primus est qñ volentē ingredi religionē ad seruiēduz deo aliq̄s reuocat vel iam ingressum ꝑsuadēdo educit: tenet hic illū reducere quātū in eo est vel sevel aliū ponere i religione ꝑm Pe. de pal. Scōs est qñ q̄s persuadet alicui aliq̄d criminale bladiēdo vt decipiat. Et mlto magis qñ q̄s aufert alicui vginitatē ex mrimoniū: ⁊ dz ducere in vroꝛē vel dotare si pōt ⁊ indiget. Tertius est qñ q̄s suo sermone trahit ad errorē fidei vt faciūt heretici disseminātes falsaz doctrinā ⁊ hi tenent reuocare. Quartus est cū plati vel patres familias ex sua negligentia ꝓmittunt gregē suū pire nō corrigētes ⁊ admonētes: ⁊ multo plus cum suis malis exemplis eos ad mala ꝓuocāt: tenent em eos corrigere. ij. q. j. c. scelus. Quintus cū hoies suis pauis actib⁹ alios scādalizant: vel mulieres suis ornatibus: tripudijs ⁊ alijs ludis risibus: blasphemijs. ⁊ hi debēt satisfacere pnia ⁊ bonis actibus edificando quos prius scādalizauerant.

§. XXIII. Sequitur tertia

ps̄ pncipalis diuisionis facte vbi ponit remediū ad euadendū de manibus istis vsurpatorijs: quibus diabol⁹ in mare pcipitat in ꝓfundū inferni. ⁊ hec est nauis vñ dicit. Illic naues pertransibūt. In plurali dicit naues: quia triplex est nauis.

¶ Est nauis ecclesie vniuersalis.

¶ Est nauis vite regularis.

¶ Est nauis penitētie virtualis

Et de pma itelligit illud Prouer. vl. Facta est. s. illa mulier fortis de q̄ ibi loquit figuratiue ecclia. q̄si nauis institoris. i. mercatoris delōge portans panē suū. s. doctrinē vl eucharistie: q: de celestib⁹ q̄ pascunt homies fideles. Et Chrys. tractās illud Mat. ix. Ascēdēs xps in nauiculam trāsfretauit dicē Christus nauim ecclie fluctus semp mitigatur⁹ ascēdit. h ē nauicula petri q̄ quatit magnis fluctib⁹ psecutionū a tyrānis: errorū ab hereticis: prauorū operū ab hypocritis: vt aliq̄n videat submergi: sed submergi nō pōt xps eā gubernāte. ſz post tēpestatē trāq̄llū facit: vt dr. Tob. iij. Et figuratū fuit Mat. viij. qñ ipe surgēs a somno ipauit vētis ⁊ mari: ⁊ facta ē trāq̄llitas. dormire vo vr cū tribulatiōes surgere finit: vt dr. di. xxiij. c. in noie. Hec p Pe. ⁊ alios plātos ⁊ pdicatores retib⁹ pdicatiōis capit multos

Nauis ecclie vniuersalis.

pisces ad fidē. vt impleat non solū nauicula petri. i. eccl'ie occidētalis: sed etiā Johis euāgeliste. i. ecclesie orientalis idest grecie vbi iohes p̄dicauit dū. s. sociata fuit cū nauicula petri. i. vnitati eccl'ie romane. vt figurate h̄z Luce. v. Petro q̄ ante capturā pisciū dictū fuit. Duc in altum maris scz nauiculā. ⁊ laxate retia vr̄a in capturā. Ob̄ exponens Amb̄. ait. in altū. i. in p̄fundū disputationū. Quid em̄ taz altū q̄ altitudinē diuitiarū videre. i. scire dei filiū. ⁊ p̄fessionē diuine gn̄ationis assumere. xxiiij. q. j. nō turbat. Apte aūt ecclesia militans signat p̄ nauim: q; quēadmodū nauis in p̄incipio ⁊ fine est arta ⁊ paucos p̄tinet homies. in medio ē lata ⁊ multos p̄tinet. ita eccl'ia militās fuit arta i p̄incipio. q; in multis p̄secutiōib⁹ ⁊ pauci erāt in ea. Vñ ⁊ marcellus q̄ erat papa post fustigationē fuit deputat⁹ a diocletiano impatore pessimo multis annis ad custodiā aliū in stabulo. ⁊ Urban⁹ papa in sepulcris latitabat p pter inanitatē p̄sequētiū. In fine etiā. l. tpe antipi erit arta. Erit em̄ tūc tribulatio q̄lis non fuit ab origine mundi: vt ō: Matth̄. xxiiij. Unde ⁊ pauci firmi in fide eccl'ie permanebūt. In medio aūt tpe. i. nūc lata est ⁊ multi in ea reperiunt clerici ⁊ laici. vt dicit Chr̄ysо. Multi sacerdotes pauci sunt sacerdotes. multi i noie. pauci in ope. di. xl. Et p̄simoniū iesu x̄pi latū ē ⁊ exaltatū. Et p̄ncipes ⁊ magnates ciues: ⁊ populares. oēs querūt de altari ptic̄ipare p̄curātes suos filios vel cōsanguineos vel amicos cōstitui in dignitatib⁹ ⁊ b̄nficijs vt eos diuites faciāt ⁊ bona pauperib⁹ eroganda in p̄fanos vsus consumāt. Sed nisi male ablata eccl'iarū restituāt si p̄nt. p̄dēnātur. Et p̄mo nota q̄ s̄m regulā iuris in. vj. beneficium eccl'iasticū nō p̄t licite fine canonica instōne possideri. Si q̄s p simoniā recepit beneficiū seu intrusionē seu vsurpationē. i. per laicos vel alios de facto q̄ nō poterāt p̄ferre. vl' h̄ns aliq̄d impedimentū irregularitatis vel non canonice elect⁹ vel positus tenet oēs fruct⁹ susceptos restituere deductis expēsis rōnabiliter factis in vtilitatez b̄nficij s̄m doc. Scdo no. q̄ etiā si rite assumptus nō officiat vel officiare facit seculariter viuēs non intēdit demū clericari sz vxorari ⁊ seq̄ forū seculare cū defraudet eccl'iaz ⁊ intentionē eoz̄ q̄ dederūt eccl'ie possessionē: videt q̄ teneat ad restitutionē. xij. q. ij. gl'ia. Silr̄ q̄ deputata sunt determinate p clericis seruientibus. vel p fabricis eccl'iaz. vel p paupib⁹ dās alijs tenetur restituere. Nota tertio q̄ si sua negligentia amittant bona eccl'ie mobilia vt libri: paramēta ⁊ h̄moi. vl' destruūtur imobilia vl' ruūt tenet ad satisfactionē de oibus: vt ex de iniur. ⁊ dam. da. c. si culpa. De his posset intelligi illud Job. xij. Abūdant tabernacula p̄donū. s. clericoz. ⁊ audacter p̄uocāt dn̄m. s. ad irā p̄pter malā vitā. cū oia dederit eis in man⁹. vt. xij. q. ij. Si p̄ua tū. De hac naui ecclesie fic ait Chr̄ysо. Nauigat eccl'ia instructa fidei gubernaculo felici cursu p h̄ui⁹ seculi mare. h̄ns deū gubernatorē. angelos remiges. portās choros oīm sctōrū erecta ip̄a salutari arboze crucis: in q̄ euāgelice fidei vela suspēdens flāte spū sancto ad portū padisi ⁊ quietē securitat̄ eterne deducit. Ubi Chr̄ysо. septē dicit de hac naui eccl'ie. Primū est: q; p hoc seculū q̄d est mare tēpestuosum h̄z nauigare. vñ etiaz electi p̄clitant̄. Exēplū Jone p̄phē: q̄ i naui exis cū alijs sustinebat p̄iculū submersiōis quātūcūq; laboraret ad exonerādū nauim. vt h̄z Jone. j. ⁊ ideo valde timēdū. Beatus vir q̄ sp est pauidus: ait sapiēs. Ber. Nusq̄ ē securitas o frēs. Nec in celo nec in padiso: et multo min⁹ in mūdo. In celo angel⁹ cecidit sub potētia diuinitatis. Adā in paradiso de loco voluptatis. Judas in mūdo sub scholaritatis. Scōm q̄d dicit Chr̄ysо. de naui eccl'ie est. q̄ habet deū gubernatorē ⁊ habitatorē cui vēti ⁊ mare obediūt. et iō multū p̄fidēdū: q; etsi p̄cuti p̄mittit nō tn̄ pire. Unde i huius figurā cū eēnt discipli in naui cū eo ⁊ ipo dormiente p̄clitarent: surrexit x̄ps ⁊ imperauit vētis ⁊ mari ⁊ facta est trāq̄llitas magna. Mat. viij. Etiā vicē dei tenēt p̄lati in gubernando nauim eccl'ie. vñ ⁊ dñi vocant. Sicut autem q̄ gubernat nauē nunq̄ deserit: neq; in tēpestate neq; in tranq̄llitate. alioq̄n sibi imputaret submersio nauis si p̄tingeret ex sui negligētia etiā si nō intenderet. Ita etiā p̄lati dēt intendere cure eccl'ie oīm tpe. Un̄ Nicol. pa. Si p̄niciosum est p̄rētā. i. directorē nauis in trāquillitate nauē deserere: quāto magis in fluctib⁹. ⁊ paulo post. Nos q̄ tanq̄ arietes gregib⁹ ducatū p̄bentes. imo q; ⁊ pastores h̄oz sum⁹ deo autore cū eis in p̄iculis p virib⁹ p̄sistere cōuenit: ⁊ cū trāq̄llitas reddita fuerit diuina pietate: mox gregē req̄rere q̄ in vnū colligere: ⁊ ei⁹ aias celestis patrie pace sursum erigere debem⁹. vij. q. j. scīscitaris. Tertiuz est: q; h̄z angelos remiges q̄ eā inter fluctus huius seculi custodiūt ⁊ deducūt. Jux illud. Angelis suis deus mādauit de te vt cust. te in om. vijs tuis. ⁊ iō gaudēdum de tali adiutorio. Sacerdotes etiā angeli appellantur. s̄m illud Malach̄. ij. Labia sacerdotis custodiūt sciam ⁊ legem requirūt ex ore ei⁹: q; angel⁹ dn̄i exercituū est. Et hi remigādo ministratiōe sacroz̄ nauē mouēt. i. ecclesiā fideliū ad portū in quo nō parū h̄nt laborare i ministrādo debite. Un̄ in figurā ō: Mat. viij. de discipulis: q̄ erāt laborātes in remigādo. Erat em̄ eis vēt⁹ ꝯrius. s. tētationū. Quartū q̄ dicit Chr̄ysо. de naui eccl'ie. est q; h̄z choros sanctoz̄ q̄ sunt oīm vtute pleni. Un̄ de petro ⁊ pluribus discipulis ō: Jo. xxj. Ascenderunt in nauim. ⁊ iō libēter intrādū. qa s̄m ps. Cū sctō sctūs eris. Un̄ figurat̄ per nauem salomonis q̄ semel in trib⁹ annis adducebat. ij. Paral. ix. aurū ⁊ argentū nimis ebur: simias et pauones. Nā eccl'ia xp̄i in fide trinitatis p̄sonaz ⁊ vnitatis essentie diuine ad supnā hierosolymā inducit sctōs ap̄los ⁊ martyres: ⁊ hec est aurū: doctores sapiētia ⁊ doctrina plenos. ⁊ hoc ē argētū. ⁊ p̄fessores. ⁊ hi sunt ebur. q; albi p vite mundiciā. ⁊ fortes p donū fortitudinis: ⁊ q̄si simie imitātes actus hoiz. i. sapientiū inhērētes exemplis. ⁊ p̄ncipes q̄ cū apparatu viuūt: ⁊ hi sunt pauones. Multū iuuat talis societas sctōrū sicut ecōuerso ⁊ multū nocēt opa maloz̄. Un̄ Amb̄. in figurā h̄ui⁹ ait. Nō turbat nauis q̄ h̄z petrū de qua scz̄ habetur Luc̄. v. Ascendēs x̄ps in vnā nauim q̄ erat simonis rogauit eū a terra reducere pusillum. Turbat illa que ludā habet. de qua. s. habeā Matth̄. viij. Etsi multa illic discipuloz̄ merita nauigabāt: tn̄ adhuc p̄ditoris eā p̄fidia agitabat. in vtraq; petr⁹. sed q̄ suis meritis erat firm⁹ turbatur alienis. Lauceam⁹ g̃ p̄fidū. cauceam⁹ p̄ditorem ne p vnum multi fluctuem⁹. ergo nō turbat hec nauis in qua p̄uidētia nauigat abest p̄fidia. supat fides. xxiiij. q. j. non turbat. Quintū est q̄ in hac naui ē arbor erecta salutifere crucis. ⁊ in ea antēna x̄ps ad p̄tegēdū: et ideo sub ipsa manēdū. q; sub ea null⁹ p̄t ledi. extra istā nauim eccl'ie. i. fidē crucifixi nemini p̄t esse salus. ad q̄d facit q̄d ō: Act. xxvij. Nisi māseritis in naui nō poteritis salui fieri. Un̄ p arcā noe q̄ tāq; nauis in aq̄s diluuij p̄tinuit ⁊ saluauit oia aialia ibi existētia. vt h̄t Ben̄. vij. recte figurat ipsa eccl'ia ⁊ crux x̄pi s̄m Greg. ⁊ Aug. Sicut em̄ oīes qui extra arcā reperti sunt diluuio perierūt. ita oēs qui sunt extra eccl'iam pereūt. Erat illa arca tricamerata ad denotandū tres status eccl'ie. s. p̄iugatoz̄. p̄tinentiū ⁊ platoz̄um Compacta erat ex lignis leuigatis ⁊ bitumine linitis. q; resultat ex fidelibus liberis a superfluitate vitioz̄ ⁊ charitate glutinatis ⁊ vnitis. Sextū est. q; h̄z vela euāgelice doctrine que sunt plena verbis x̄pi. Sicut em̄ vela sunt plena aere ⁊ vento. sic ⁊ verba non sunt aliud q̄ aer format⁹ in gutture loquentis. Jsta g̃ vela sunt plena flatu ⁊ verbis x̄pi q̄ nos docent q̄n. quō. qua via. ⁊ quo eundū sit. et ideo attentius audiendū. Lu. xj. Beati qui audiūt v̄bū dei ⁊ custodiūt illud. Unde ⁊ Jac̄. iij. dicit. Ecce ⁊ naues cū magne sint: ⁊ a vent⁹ validis minent̄. circūferunt aute a modico gubernaculo. s. temonis. Ecclesia est una ⁊ multe. Una vnitate fidei ⁊ dilectionis. multa varietate locorum ⁊ rituū. ⁊ he mouent̄ a ventis verboz̄um x̄pi. gubernacula sunt ordinationes p̄latoz̄um. qui tamē attendere

Eccl'ia militans ō: nauis

Bñficiū iniuste possidēs

Nauis eccl'ia. s. militans h̄z septē.

Quod religio dicat̃ nauis. Cap̃.I.

debẽt ad stellã maris.i.xp̃m ⁊ eius matrẽ virginẽ.vterq; enim ꝺr stella. Vñ ſfulbertus in ſer.dicit. Opz oẽs christicolas p hui⁹ ſeculi pelagus nauigãtes reſpicere ad stellaz maris.Si qs eñ hoc egerit nõ iactabit inanis glorie vento:nec ſcopulis tribulationũ frangẽt nec abſorbebit ſcille voluptatũ voragine. Septimũ est q; ducit ad portũ q̃etis.pſ.Deduxit eos in portũ volũtatis eoz.ſ. ad quietẽ et locũ ſecurũ ⁊ plenũ oñi bono. Vñ dicere pñt veri fideles qꝺ ſcribit de paulo ⁊ ſocijs Act.xxvij. Nauigauim⁹ ⁊ venimus ad locũ qui ꝺr bonipor⁹. Hec est nauis de qua ꝺr Jo.xxj.q; diſcipuli nauigio venerũt ad litt⁹ vbi apparuit xp̃s reſuſcitat⁹ trahẽtes rete plenũ magnis piſcib⁹.cliij.ſi ne ſciſſura retiũ.i.ſine ꝺdictiõe vitatis doctrine p;edicate habẽt figurate Jo.xxj. Unde cõuiuiũ ſequitur xp̃s cuz ſanctis de glorificatiõe eoz igne charitatis decoquente illos:⁊ patres veteris teſtameti ad refectionẽ fruitiõis.Et numero aũt illoz cõp;ehẽdit ſaluandoz qualitas. Nã ad illũ numerũ puenit p numerũ decẽ ⁊. vij.incipiẽdo numerare ab vno ⁊ addẽdo ſequẽtez numerũ ad p;ecẽdentes vſq; ad numerũ.xvij.inclusiue.Vbi gr̃a. vni addẽdo duo fiunt tria:ternario numero addendo ternariũ fiunt ſex:ſenario numero addẽdo q̃ternarium q̃ ſequit fiũt.x.⁊ ſic vlterius p;ecẽdo vſq; ad denariuz ſeptenariũ reſultãt.cliij.opz ergo ſaluãdos habere.xvij.numerũ moꝛaliter.i. obſeruationem.x. p;ceptoz q̃ ſunt de actibus virtutũ. Virtutes ſunt. vij.ſfides:Spes:Charitas:Prudẽtia:Juſticia: ſfortitudo:Temperãtia. Intrat aũt iſtã nauim eccleſie p innocẽtiam baptiſmalẽ. Dicit aũt Hiero.qꝺ poſt naufragium ſcz de iſta nauí eccleſie p amiſſionẽ innocẽtie baptiſmalis.ſecunda tabula est penitẽtia quaſi ſecũda nauis. de pe.di.ſ.

§.xxiiij. Nauis etiã dicit

religio de qua põt intelligi illud Matth̃.viij.Aſcendente Jeſu in nauiculã ſecuti ſunt eũ diſcipuli eius. Apte aũt religio ſignat p nauim:q; ſubſtãtialia religionis multuz reperiũtur in hijs q̃ ſunt in nauí. Jn nullo ſtatu vel cõuerſatione mũꝺi repitur tãta obediẽtia ſicut in nauí. Nam oẽs ad ſimplicẽ nutuz obediunt nauclero ſeu gubernatoꝛi nauis ⁊ reꝛ ⁊ pontifex cuiuſcũq; cõditionis exiſtat in eundo ſtando ⁊ opando put mandauerit ipſe. Caſtitas etiã ibi ſatis ſeruat̃ etiã ab incõtinẽtibus:ad qꝺ facit ⁊ vita auſtera q̃ ibi cõiter tenẽt:⁊ excluſio occaſionum:pauptas q̃ q; nihil est in ea niſi deforis portẽt:⁊ ea q̃ ibi ſunt cõiter ſunt alioꝛ et parũ ipſi nauigantes ibi hñt. Aſcẽdit ergo xp̃s in hãc nauim.i.hũc ſtatum religiõis. Nã obediẽtiã ſummã exhibuit patri factus obediẽs vſq; ad mortẽ:mortem aũt crucis.ad Phil.ij. Memẽtote fratres:q; xp̃s vt nõ perderet obediẽtiam pdit vitã:ait Ber. Continentiã in ſummo gradu tenuit:q; virgo puriſſim⁹: immo nec vnꝯ ſtimulũ carnis habuit vel ſenſit:vel cogitationẽ turpẽ:⁊ ita caſtos moꝛes habuit in ſuã cõuerſatione:qꝺ cũ fuerit de alijs criminibus infamatus licz falſiſſime:de turpitudine aliqua nunq̃ ab aduerſarijs ſuis fuit accuſat⁹:notatus: vel infamatus: vel in ſuſpitiõe habitus q̃uis cũ mulieribus fuerit aliq̃n conuerſatus. Nam vt ꝺr Lu.viij. Mulieres iuſte ſequebanꝫ eũ:⁊ ſepe in hoſpitiũ marthe ⁊ marie declinauit:⁊ a maria peccatrice oſculari pedes ⁊ vngi pedes ⁊ capur pmiſit. Pauptatẽ tãtã ſuſcepit:vt diceret Mat.viij.⁊ Luc.ix. Vulpes foueas hñt ⁊ volu.celi.ni.filius aũt hois nõ ꝺz vbi caput ſuũ reclinet. De elemoſynis viuẽs ⁊ moꝛtuus expẽſis alienis ſepulturaz accepit. ſfuit q̃ nazare⁹.i. deo dedicat⁹ qꝺ in veteri teſtamẽto erat qꝺã nou⁹ modus religiõis:vñ barba ⁊ capillis intõſus erat. Jnſtitutoꝛ fuit p;im⁹ ⁊ ſummus oꝛis p;fectiõis ⁊ religionis ad quã direxit ⁊ perduxit apl̃os ſuos: nec p;ius nec poſtea potuit aliq̃ collegiũ eis in ſanctitate ⁊ p;fectione equari ad quã peruenerũt in die pentecoſtes. P;ius in iſtã nauim aſcẽderunt vt nouitij:cũ oia dimiſerũt.nauim.ſ.p;ie volũtatis ⁊ cupiditatis. Naz de eis ꝺicit q; vocati a xp̃o relictis retibus ⁊ nauí ſecuti ſunt eũ. Mat.iiij. Et ꝺr cupiditas nauis:q; ſicut nauis ſtat ſup aquã ⁊ nõ implek: ita cupid⁹ ſup aq̃s fluxibiles diuitiarũ vel p;cupiſcẽtiaz impleri nõ põt. Et ſicut nauis cũ laboꝛe magno fabꝛicat:cũ timoꝛe cuſtodit ⁊ cũ doloꝛe amittit:ita ⁊ res tẽpoꝛales acq̃runt cũ laboꝛe:⁊ opa carnis ⁊ p;p;ie voluntatis p;ficiunt:⁊ cuz timoꝛe nõ p;pendi poſſidenꝫ.⁊ cum doloꝛe cuſtodiunt⁊ amittunt. Et ſicut in nauí q̃n exonerat̃ de toto lucro ⁊ mercibus nõ remanent niſi feces in ſentina:ita auaris: fornicatoꝛibus et hmõi nõ remanet eis p;s niſi ſtagnum ignis ⁊ ſulphuris. Apo.xxj. Et de hijs põt intelligi illud pſ. Jn ſpũ vehemẽti dure fnie damnationis cõteres naues tharſis. Tharſis iterp̃tat̃ exploꝛatio gaudĩ. naues ergo tharſis ſunt ille cõgregatiões religioſoꝛũ q̃ volunt gaudere in mundo ſecularit̃ viuẽtes:⁊ hoc niſi ſatiſfaciãt ſpũ vehemẽtis contritiõis p;terent. Triplex eñ furtũ ſeu rapinã ſolẽt facere religioſi in nauí.ſ.religionis. P;imũ est coꝛdis cũ ſcz ſequũtur p;opꝛiã voluntatẽ trãſgrediẽdo p;cepta ſue religionis fratres non ſolũ facultatib⁹: ſed etiã p;p;ijs volũtatibus abꝛenũciauerũt.xij.q.ſ.nõ ꝺicatis. Scõm est coꝛpis p fractionẽ caſtitat̃ qꝺ ſemel deo obtulerũt. Tertiũ ẽ ſubſtãtia litatis tpalis:⁊ ꝺ cũ recipiũt aliq̃d ⁊ occultãt plato: vt cũ qꝺ tenẽt de licẽtia platoꝛ nõ ſunt parati ad ponẽdũ in manibus eoꝛ:vel cum ea q̃ hñt fiue cũ licentia vel fine:male expẽdunt ludẽdo:turpiter cõſumendo:vel amicis ⁊ conſanguineis alijs dãdo indebite. Triplex furtũ i religione.

Comparat aũt religio nauí in ſeptẽ. P;imo q: ſicut nauis est clauſa verſus terram: et apta verſus celũ: ita ⁊ religioſus ad terrena ꝺz eſſe clauſus de eis nõ ſe intromittendo:ſed aptus celũ verſus.i.ꝺditus cõtẽplationi celeſtiũ: vt ꝺicere valeat illud apoſtoli. Nr̃a cõuerſatio in celis est. Hinc ⁊ Hiero. Est vnuz genus xp̃ianoꝛ qꝺ mancipatũ diuino officio ⁊ ꝺdicatũ p;tẽplationi ab oñi ſtrepitu tpaliũ ceſſare p;uenit:vt ſunt clerici:p;uerſi:⁊ deo deuoti:⁊ religioſi.xij.q.j.duo. Jꝺeo verſus terrã ꝺz eſſe ſtricta ⁊ clauſa nauis religionis. Nã ex terra reſoluũtur vapoꝛes.i.mala deſideria q̃ coꝛrumpũt affectum ⁊ nebule q̃ obnubilant intellectuz:⁊ frigus qꝺ conſtringit effectũ boni opis. Religio coparat nauí.

Scõo nauis nõ põt diu ſuſtinere ſeu poꝛtare coꝛpus moꝛtuũ:q; piclitarek:⁊ inficerentur etiã alij vñ in mare p;jcik:ſic qui in religione incidit in peccatũ moꝛtale:niſi cito reſipiſcat alios inficit:⁊ deſtruit religionẽ. Nam a pctis occultis p;cedit ad manifeſta ⁊ q̃tidie niſi cito peniteat peioꝛ efficit. Vñ Job. caſſia. Nulla peioꝛ beſtia malo monacho.⁊ ideo ſi ſe non coꝛrigit ſeparandus est. Unde Hiero. Reſecande ſunt carnes putride ſcabioſa ouis a caulis repellenda est ne tota dom⁹maſſa ⁊ coꝛpus ⁊ pecoꝛa ardeat:coꝛrumpat:putreſcat ⁊ intereat.xiiij.q.iij.c.reſecãde. Tertio nauis in aq̃s integra manet ⁊ cõſeruat̃.cũ autez terrã tangit: frangit̃ ⁊ diſſuit̃ ſeu apitur.ſic religioſa ꝺgregatio ꝺũ ſequeſtrat̃ a terra.i.a cõuerſatione ſeculariũ ⁊ negocijs terrenoꝛ ꝺſeruat̃ ⁊ rectitudinẽ regularẽ ſeruat ⁊ vigoꝛem ſpũs: ſed ſi inheret vel infigit̃ in terrena cõuerſatione extra caſum neceſſitatis ⁊ exigentis charitat̃ a q̃etis p;pofito reſoluit̃ ⁊ relaxat̃. Vñ Euge.pa.ꝺicit qꝺ monachus nõ ꝺz ſe q̃libuſcũq; negocijs implicare:ſit clauſtro ſuo cõtentus:q; ſicut piſcis ſine aq̃ caret vita:ita ⁊ monach⁹ ſine monaſterio: ſedeat itaq; ſolitarius ⁊ taceat:q; moꝛtuus est mundo:deo autem viuit agnoſcat nomẽ ſuũ. Monos eñ grece latine ꝺicitur vn⁹ et achos grece latine ꝺicitur triſtis.xvj.q.ſ.c. placuit. ij. Triſtis aũt ꝺicit.i.dolẽs ⁊ lugẽs.in aq̃s ergo cõpũctiõis ꝺz moꝛari. Chriſt⁹ etiã poſtq̃ turbas docuerat ⁊ miracula fecerat ibat in deſertũ locũ in montẽ cũ diſcipulis:turbas dimittens. Luc.iiij. Exemplũ nobis in hoc pbẽs. Quarto nauis quãtũcũq; fit clauſa ⁊ ſtupata ⁊ omia foꝛamina circũquaq; obſtruſa:tñ imperceptibili modo paulatim ⁊ guttatim aqua ſubintrat:ita q; niſi ſepe ſentina euacuek aquis tantũ creſceret aqua q; ſubmergeret:ita in conuerſatione religionis quãtũcunq; oia bene ſeruenk ⁊ diligẽ-

tiam q̄s adhibeat ad claudēdū viā peccatis ⁊ vitandū occasiones.tāta est humana fragilitas q̄ imperceptibiliter hō frequēter cadit inveniale.Septies em̄ in die cadit iustus ⁊ resurgit:inq̄t Salo.⁊ p̄uerb.xxiiij.Et apl̄s pfectissimi religiosi dicūt.in multis em̄ offendim⁹ oēs.Ja.iij.Nec aūt quotidiana pcta etiaz si leuia sunt: tñ diminuūt vigorem spūs ⁊ disponūt ad mortalia.⁊ ideo p orōnem⁊ cōpūctionem ⁊ alios modos remouēda sunt de aia ne submergaf nauis mentis.Vñ Aug.Que hūane fragilitati q̄uis pua tñ crebria surrepunt:que si collecta ꝺ nos fuerint: ita nos grauabūt ⁊ oppimēt sicut aliq̄ vnū pctm̄ graue.Quid em̄ interest ad naufragiū vtruz vno grandi fluctu nauis opiaf ⁊ obruaf an paulatim surrepēs aqua ín sentiná ⁊ p negligētiū culpā derelicta atq̄ contēpta impleat nauim atq̄ submergat.de peni.di.j.c.Tres sunt actiones.Quod aūt dicit Aug.q̄ multa venialia ita grauāt sicut vnū mortale:non est sic intelligendū tanq̄ venialia sint mortalia. ꝺ em̄ nūq̄ accidit sed in dispositiōe:q; inducūt ad mortale.Quinto nauis nō ꝺz esse nimis onerata q; nimiū pōdus demergeret.nec nimis vacuata vel alleuiata q; vacillaret.sic in religione ad hoc vt q̄s bñ pficiat nō ꝺz nimis onerari occupatiōibus exteriorib⁹. q; mētē submergunt. Vñ Ber.in lib.de ꝺsideratiōe.Oratio dabit intellectuz inq̄t ꝓpheta. Verū est si nō fit nimia:alioquin subruit intellectū.Nec etiā ꝺz esse vacuus ob opibus ⁊ ociosus. vñ Hiero.Semp aliq̄d boni facito vt diabol⁹ inueniat te occupatū.Apostoli habentes potestatē de euāgelio viuere laborabāt manibus suis ne quēq̄ grauarēt.⁊ infra.Egyptiorū monasteria hūc morē tenēt:vt nullū absq̄ ope ⁊ labore suscipiāt.Nō tam ꝓpter victus necessaria quātū ꝓpter animę salutē.de cōse. di.v.Nunq̄. Nauis etiaz nō in vna parte tantū onerat ⁊ in alia nō.sed ꝓportionabiliter sic in religione nō vn⁹ ꝺz nimis onerari ⁊ alius nil facere sed quilibet ꝑm cōditionē suā ꝺz applicari ad opa. Sexto in naui existētes intentionē suā ⁊ iter dirigūt ad portū finaliter.et ad hoc sunt vnanimes. ꝓpter q̄ oēs in vnum cōcorꝺāt ad ea que valent ad ꝓseruationē nauis ad laborandū ⁊ opandū ⁊ obuiādū periculis ⁊ pīciēdū merces in mari cū expedit.ad adiuuandū ⁊ supportādū alter alterius grauamia.Sic in religione debet esse summa vnitas ad cōseruationē vite regularis:⁊ intentionē suā ⁊ opa ad portū quietis eterne dirigere.sicut scribitur de primitiuis xp̄icolis q̄ religiose viuebant.Act.iiij. Multitudinis credētiū erat cor vnū ⁊ aia vna in dño ⁊c. Vñ ⁊ Clemēs inq̄t Cōmunis vita omnibus est necessaria fratres ⁊ maxime his q̄ deo irreprehensibiliꝫ militare cupiūt.⁊ vitam apostolorū eorūq̄ discipulorꝫ imitari volūt.xij.q.j.dilectissimis. Et sicut nauis nō relinq̄t vestigiū sui pcessus post se:vt dicit Sap̄.v.⁊ expictia docet.ita ⁊ religiosus debet cauere ne opa sua faciat vtvideaf ab hoibus in sui laudez:sed occultare ea.sicut xp̄s exemplo suo nos docuit p̄cipiēs aliquā do turbis:ne cui dicerēt miracla sua.Mar.viij. Jn naui ergo existētes siue comedāt siue bibāt vel dormiant semp ad portū appropinquāt nisi studiose si firmēt. vel tempestate deuicti. Jta in religione p oia opa ipius q̄s meretur q; oia in obedientia sunt fundata. Jn oibus opibus merek si est in grā:⁊ bonā hꝫ intentionē. Septimo nauis cō tinet multas ⁊ varias merces ⁊ viles ⁊ p̄ciosas:sicut aurū argentū:ornamētū:frumentū:vinū ⁊ oleū:⁊ poma. vñ dicit Job.xx. Quasi naues poma portātes:sicut aqla volans ad escam. Jta religio ꝓtinet multa exercitia sapiētie eloquētie:⁊ doctrine:spūalis leticie:miserico:die: odorifera exempla:corpalia exercitia. Et sicut ex mercibus nauium si pueniāt ad portū salue hoies multū ditantur:etiā de mercibus vilibus.multū autē pdūt si submergank magis q̄ p alia exercitia. Jta in statu religionis si q̄s pseueret vsq̄ in finē:magnā coronā meritorū sibi acq̄rit. Sz si deficit in maius iudiciū incidit q̄ in alio statu.s. seculari. Vñ Hiero.⁊ Rectius fuisset hoiem subiisse ꝓiugiū⁊ ambulasse p plana q̄ ad altiora tendēte. scz religionis in profundū inferni demergi.xxxij.q.v.c.Si paulus. Jtē Aug. Sicut difficile sum expertus meliores q̄ qui in monasterijs ꝓfecerūt:ita nec deteriores q̄ qui in monasterijs defecerūt.di.xlvij.c.Quātūlibet.Venti varij tentationū faciunt naues religionis submergi ⁊ deficere; ⁊ ideo inuocare opz diuinū auxiliū.

§.xxv. De tertia naui scz

pnie pōt intelligi illud Sap̄.xiij.Exiguo ligno.s.naviculę le cōmittūt hoies aias suas:⁊ transeūtes mare p ratem liberati sunt.Exiguū dicit illud lignū.q; in hūilitate fundatur penitentia.Cōmittūt aūt aias suas homies ei. q; sperant p ipm saluari gra dei. Nemo em̄ pōt digne agere penitētiā:nisi q̄ sperauerit veniā:inquit Amb̄.de pe.di.j. Et pmanēdo in ea pueniē ad portū salutis cū mercibus meritorū:sed adverā pniam p̄exigit vt pambulū eius restitutio seu satisfactio debitorū. Nā vt dicit Aug.xiij.q.vj.c. Si res que ablata est non restituit si pōt restitui: pnia nō agit sed simulat. Sciendū igit q̄ est triplex dīa restitutionis.s.deceptiua:dānatiua:⁊ retributiua.Et hec vltima ptinet ad nauim pnie p quaz fit sal⁹.Deceptiua restitutio hꝫ septē deceptiones.s.plongatiuā:inflatiuā:placatiuam: excecatiuā:diminutiuā:distributiuā:defraudatiuam. Est igit pma deceptiua restitutio plongatiua. Nam quidam etsi restituere intendūt aliena:restitutionē tñ illā differūt quātū pñt autoritate pp̄ia dilationē sibi accipientes:sed vbi iminet piculū vitāda est mora.vt ꝺ: dist.v.cum enim. Mira certe ignorātia volunt tales absq̄ mora gratiam eis ablatā sibi reddi.⁊ tñ paupi restituere nolūt illud ꝓpter q̄ gra sunt puati.cū tñ pauperē p̄ius spoliauerunt tpali substātia q̄ puati fuerint spūali gra. Scōa deceptiua restitutio ꝺ: inflatiua. Naz qui p illicitos ꝓtract⁹ atq̄ vsuras aliena occupauerunt vbi de culpa sua debuerunt humiliari:⁊ de iniuria illata creditorib⁹ veniā postulare. Ecōtrario ipi debitores quadā inflata arrogātia dum iacent in lecto infirmitate grauati dicūt ipis creditoribus. Si ego nō fuissem pīsses tu ⁊ familia tua fame sed si deo placuerit cito cōualescā.quasi dicere velint. Si deo meliberare placuerit faciaz q̄ ei grauiter displicebit:q; nūq̄ restituam:imo quidā mente inflati ad iniuriam sibi deputant q̄ creditores eorū invita vel in morte petunt sibi restitui sua.quibus gratias agere deberent imm̄emas tanq̄ adiutorib⁹ sue salutis repetēdo sua.cum aliter ve penitere nō possint.vt de pe.di.v.c. falsas. Tertia deceptio ꝺ: placatiua.hac fallacia decipiunt q̄ cū debeant restituere aliena pacificant solū clamores exteriores.puta dātes bonas rñsiones si qui repetāt debita.nil facientes vel puidētes de restitutiōe:vel q; ꝓtractus sunt palliati cū nil repetatur a creditorib⁹ vsurarū:q; erubescerēt. ipsi nō curant de restōne clamor cōsciētie q̄ eos seq̄tur vsq̄ ad sempiternū iudiciū nō audientes:q; etsi remorꝺet pscia nolunt tamē restituere. Sed vermis eorū.s.cōsciētie nō morietur ⁊ ignis eorū nō extinguek. Esa.vl. Quarta est excecatiua Sunt nāq̄ plurimi q̄ cū grauiter infirmank proponūt restituere aliena si cōtingat eos mori nō aūt si mortem euadāt. hi taliter pacē cū deo volūt inire q̄ si eos mori cōtingat amplius eū molestare non intendūt:secus si euadunt Sed tales p;o certo sciant q̄ siue viuāt siue moriank deus minime cū eis facit pacē.sicut Esa.xlviij.testak. Nō ē pax impijs dicit dñs.⁊ Peccata em̄ te dimiserūt nō tu illa dicit Aug.de penitēdo causa mor̄.de pe.di.vij.Si q̄s. Quinta restitutio deceptoria nūcupari potest diminutiua. Nā sunt quidā qui iuxta posse non restituūt integraliter creditoribus q̄ ꝺbent.sed certā portionē cum cōditione q̄ remittāt residuū creditores.q̄ remissio nō valet.q; coacte fit. vult em̄ potius creditor aliq̄d hꝫe q̄ nihil. vñ remittit Certe non sic egit zacheus p̄nceps publicanorum:sed ait Chr̄isto,Si quid aliquez defraudaui reddo quadruplum

*Pnia nauis.

*Restitutionē p̄ logātes

Quod penitētia dicaꝫ nauis. Cap. I.

Dia reddā tibi. dixit seruꝰ dño Matth. xviij. Sexta deceptio distributiua dicēda est. Magna insania q̄rūdā est quibꝰ nō sufficit ꝙ aliena rapuerint cū multitudine pctō rū: sed cū multis alijs culpis illa relinquūt. sctissimū opꝰ ⁊ pijssimū arbitrantꝫ: dū illa q̄ certis pſonis restituere obligantꝫ: volūt in pias cās dispēsare: vel erigēdo capellas vꝫ altaria: aut dotādo ecclias ⁊ fabricādo: faciēdo calices ⁊ paměta tradēdo nuptui puellas. dādo paupibꝰ: vestiēdo nudos: ⁊ faciēdo hospitalia cū armis suis. Et q̄d ē aliud hoc ꝙ culpis ppetratis i vita addere alia in morte dū debita certis pſonis distribuūt ad pompā ⁊ ostentationē tales nō exculanꝫ paupibus dādo qō est certaꝝ pſonarū vt ō: ex de homi. sicut dignū. ⁊. s. q. s. nō est putāda. Septima est q̄ ō: defraudatiua cū. s. q̄s cōmittit alteri restitutionem cū ipse pōt facere. Et hoc ptinet ⁊ occurrit ad secūdā restōnis dūaz q̄ ō: dānatiua. s. sui ⁊ suoꝝ heredū: q̄n. s. dimittit heredibꝰ vt post mortē suā restituāt ⁊ nō facit cum ipe pōt. talis em̄ suba fic legata nec ipm saluat ⁊ heredes dānat: q: cōiter ipsi nō restituūt. Hsee ei. ix. c. ō: Effraim q̄ interptat crescēs ducit ad interfectionē filios. Exēpluz narrat pe. damian⁹. put recitat Vin. in spe. histo. de quo dā nobili viro q̄ successit cuidā in hereditate: ⁊ inter cetera bona hereditatis deuenit ad eū q̄dā possessio cuiusdā ecclie: quā ille p hereditatē dimiserat illi nobili vt suā teneat legatā sibi a pdecessoribꝰ suis. Erat aūt nobilis ille als vir bone ꝺditionis modestus ⁊ pius ecclesias visitans. Cōtigit aūt ipm mori: ⁊ post mortē inde ad paucos dies cū quidā notus eiꝰ oraret p ipo: in spū vidit terram aptam: ⁊ flammā infernalē: ⁊ in ea scalā quādā octo gradus hñtem. Et in pmo gradu supiori vidit illū nobilē defunctū pauloante. In scdo gradu vidit sedere eū q̄ legauerat sibi: ⁊ sic deinceps alios vsq̄ ad vltimū gradū oēs illi octo iniuste possederāt ⁊ iniuste alijs legauerāt. Erat aūt talis ordo ꝛstitutꝰ: ꝙ qñ vnꝰ de pfidentibꝰ moriebat descēdebat ad pmū gradū: ⁊ q̄ pmus erat ille descēdebat ad scm: ⁊ scs ad tertiū: ⁊ sic alij. vbi ostēsum ē ꝙ pter illā iniustā detētionem possessiōis oēs illi dānati erāt. Et descēsiōe p gradus notabaꝫ augmētū pene p iustā legationē factā. nō fuerī excusati ex ignorātia: q: aut fuit i eis iuris q̄ nō excusat. aut facti. s. crassa ⁊ supina q̄ nō excusat vt. s. q. iij. p totū. Et ꝙ nō sufficiat ad salutē alteri cōmittere restōnē ei q̄ pōt satisfacere eā: pbari pt septēplici rōne.

¶ Primo propter imporpietatem.
¶ Secundo ppter inutilitatem.
¶ Tertio propter tepiditatem.
¶ Quarto ppter infidelitatem.
¶ Quinto ppter dolositatem.
¶ Sexto ppter impossibilitatem.
¶ Septimo ppter cupiditatem.

Primo inquā ppter imporopetatē: q: sicut dicit Tho. q̄. j. q. lxij. ⁊. s. dictū ē: ille p se ad restōnē tenet q̄ intulit dānum. Scdo ppter inutilitatē: q: cum restitutio ad satisfactionē pambula sit non est vē ⁊ sufficienter penitens nec absolut⁹ q̄ pōt eā facere ⁊ nō facit. Tertio ppter tepiditatē: q: qō alteri cōmittit cū facere p se possit: aut ē ex ficta ⁊ falsa volūtate restituēdi: aut ex defectu ⁊ impfectione atꝫ volūtatis tepiditate: cū qñ exire possit in actū sibi debitū ⁊ necessariū nō exit. Talis ḡ nō hz verā volūtatez restituendi. imo apte clarescit: ꝙ si plꝰ viueret adhuc esset in habituali ppōsito retinēdi rē illā als statim se expediret. Quarto ppter infidelitatē: q: ostat heredes ⁊ executores eē ad hoc cōiter vt plmū infideles: nec curant de ꝺ ppter testatoris mortē. imo plꝰ longe zelāt vario ex respectu viuētiū ⁊ remanētiū pſperitatē plis vꝫ sui: aut ēt aliorum q̄bus illa bona remanere debēt ꝙ aiaz ipiꝰ defuncti. ex quo pz q: talis se exponit piculo manifesto ꝙ nunꝙ restitutio fiet. Quito ppter dolositatē: q: multi modi dolositatū p quos talis aliena acq̄siuit iuste: ⁊ mlte pſone q̄ hoc pbare nō pñt: sibi soli pleniꝰ noti sunt de q̄bꝰ certꝰ est ꝙ p executores ⁊ heredes nūꝙ ad elucidationē venie tur cū tales q̄rant testificatiōes ⁊ pbatiōes quas in hmōi fraudibꝰ frequēter ē ipossibile dari. ḡ talis sciēter videns ꝺ piculū manifeste ꝛtenit salutez aie sue. Sexto propter ipossibilitatē: q: mlti sunt paupes q̄ pbare nō possent nec crederēt eis: ḡ infidelr ꝺ aiam suā facit: q̄ restōnez suā heredi vel executori dimittit qñ eā pōt facere p seipz. nō em̄ credibile ē ꝙ alius sit ei fidelior ꝙ ipemet. Septimo ppter cupiditatē: q: tales executores sunt qñꝙ valde cupidi ⁊ auari ad sibi talia retinēda vꝫ aliter aliq̄ superficiali mō cū hijs quibꝰ restitutio fieri ꝺz ptrāseundū vel saltē ptelādū ⁊ differēdū ⁊ ad exaspandū ⁊ ad repellēdū q̄ restitutionē petūt. Ideo cogitēt isensati parētes quā incōpassionē ⁊ duriciā habituri sunt filij erga eos post mortē. vir em̄ se mel in āno illoꝝ memoꝛes erūt ad anniuersariū celebrandum. pensent itaꝙ in seipis ꝙ pauca bona faciant p parentibus suis: ⁊ filꝛ nō dubitēt sibi fieri. sicut Luc. vj. dñs ait. Mēsura q̄ mensi fueritis remetiet ⁊ vobis: imo recipient multo minus: q: teste dño Mat. xxiiij. Qm̄ abūdabit iniqtas refrigescet charitas multoꝝ. Tertia est restitutiua multoꝝ bonoꝝ. Vidende sunt igiꝛ suasiones seu rones ⁊ inductiōes. s. ad faciendū ipam restitutionē. Septem nēpe restituunꝛ hoi aliena iniuste detenta restituenti que inducere debent ad aliena restituendū. Inducētia ad restitutionem.

¶ Primo restituitur sibi deus.
¶ Secundo anima sua sibi.
¶ Tertio restituunꝛ sibi merita sua.
¶ Quarto oēs spūales fratres.
¶ Quinto eccleſiastica bona.
¶ Sexto restituiꝛ ei bona fama.
¶ Septimo acquiriꝛ ab eo regnū gloꝛie sempiternū.

Primo em̄ tali debite restituēti restituiꝛ sibi deꝰ: ppter ea diabolice pſuasioni minime debet credere q̄ suggerit sibi dī. Si aliena restitues eris paup et mēdicus. Quō em̄ paup esse pōt cui restituiꝛ deus: vel q̄ deū hz: ⁊ vē nimis auarus est cui nō sufficit deꝰ. Aug. em̄ ait. Satis diues est xp̄iana religio q̄ in possessione oim oia possidet: q: sicut p pheta ait. Dñi est terra et plenitudo eius. Qui em̄ habet deū: hz oia q̄ sunt dei. Scdo restituiꝛ sibi sua aia: imo totus ipe ppterea saltem restituere ꝺz. Quātū dimitteret si captus esset a suis capitalibus inimicis: cū etiā in nequioribus manibus cōpiehēsus sit: q: in vngulis demonioꝝ

Tertio restituūtur sibi merita sua q̄ ante vsurā vel rapinā lucratꝰ est. Nā bona facta in gra mortificanꝫ p sequētē culpā: sed reuiuiscūt p recupatā graz: sicut scriptū est. Sepe reuiuiscūt q̄ mortificata fuerūt. Viuere nō possunt q̄ mortua nata fuerūt. Quarto restituiꝛ ei oēs frēs spūales q̄s q̄dē amiserat dū iniuste retinuit aliena. Vñ Eccli. xiij. Que cōicatio scti ad canē. Vere canis vticꝫ est iiuste rapiēs ⁊ retinēs aliena: ppterea nō hz cōionez cū aliquo viro dei: sed cū iniuste detēta restituit: amici dei fiunt illi dulcissimi frēs. Quinto restituūtur sibi eccleſiastica bona q: pticeps fit oim bonoꝝ q̄ in ecclesia dei fiunt: sicut in pſona talis ppheta ait. Particeps ego sum oim timentiū te: ⁊ custodientiū mādata tua. Sexto restituiꝛ sibi bona fama que supra mltas diuitias estimāda est: sicut Salomon Prouerb. xxij. testat. Melius est nomē bonum ꝙ diuitie multe. ⁊ sic apta ⁊ clara facie absq̄ rubore postꝙ ipe restituit aliena pōt nō tm̄ cora dño sed cora hoibꝰ apparere. Septimo autē acq̄rit ab eo regnū gloꝛie sempiternū: vbi sunt diuitie multe infinite. i. eternaliter durature. Diuitie em̄ tales: etsi nō restituūt in pñti post mortē saltē semel relinqnde sunt: ⁊ tūc verificaꝫ illud Eccli. x. Cū morieꝛ hō hereditabit serpētes: bestias ⁊ vmes. Ista etem̄ tria diuidūt sibi occupātes impie aliena. Primo serpentes sunt malicioſi hoies. i. cōsanguinei seu amici qui serpentina amicitia ⁊ malicia bona tēpoꝛalia iniuste acq̄sita sibi multipliciter ⁊ maxime in morte diuitis occupare conanꝫ. ⁊ hi serpentes merito nuncupantur: quia sicut

serpēs ⁊ comedit terraz ⁊ malicioſum aīal eſt. Geñ.iij.c. Serpēs erat callidio: cunctis aiantibus terre. ſic tales ꝑ malicioſam amicitiā incoꝛpoꝛāt ſibi talia bona tēpoꝛalia Scō aūt beſtie q̄a vaſtando dicte ſunt dicunt demones infernales: ſicut ps. ait ad dñm. Nō tradas beſtijs aias cōfitentiū tibi. Et iſte beſtie rapiūt illius mali diuitis aiam Tertio vo vermes rodunt atq; conſumunt.

¶ De reſtitutionibus vbi oſtenditur quid ſit reſtituēdū ⁊ quantum. Lapīm.ij.

Circa īpam aūt reſtō

nez videda ſunt octo que in hoc verſu ꝓtinent Quis: q̄d: vbi: ꝑ quos: cui: cur: quō: q̄n. Et q: de ꝓmo dictū eſt. s. in. j. c. §. ij. ⁊. §. ſe. ideo ibi vidēdū. Quā tū ad ſcōm. ſ. q̄d ſit reſtituendū ⁊ quātū. Sciendū q̄ abla tū ſi poteſt. xiij. q. vj. ſi res. Et ſi eſt quid fructificās etiam fructus eius vel aliter ſatisfaciēduz q̄n reſtitui non poteſt illud. Sed ꝓo huius declaratione ſciendū q̄ damnū poteſt alteri quadrupliciter inferri.

¶ Primo q̄ad aīam auferēdo ei vtutes ifuſas ⁊ moꝛales

¶ Scō quoad coꝛpus inferendo ei leſiones coꝛpales.

¶ Tertio q̄ad honoꝛē ⁊ famā ꝑ vituperationes verbales.

¶ Quarto quoad ſubam per acceptiones criminales.

§. I. Quantū ad primū no

Auferēs alteri vir tutes.

tandū q̄ q̄uis q̄s non poſſit eſſe cauſa ſufficiēs peccati alterius nec ꝑ ꝓns ei auferre vtutes directe ⁊ efficaciter: q: volūtas cogi nō pōt vbi cōſiſtit pctm: ꝓpter qō di. Amb. Nō eſt q̄ cuiq̄ noſtrā aſcribam⁹ erūnā. Nemo em̄ tenetur ad culpā niſi ꝓpria volūtate deflexerit. xv. q. ſ. nō eſt. Pōt tñ aliquis eſſe alteri magna occaſio pcti ⁊ decre. dic̄. Qui

Dās alteri occaſionē dāni

occaſionē dāni dat dānū quoq; dediſſe videt. ex de iniur. ⁊ dā. da. c. ſi culpa. ⁊. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad. l. aquil. ⁊ ex de homi. c. de cetero. Pōt aūt eſſe aliquis occaſio dāni alterius quadrupliciter. Primo verbo ſuo inducēdo alium ad pctm. Et ſic q̄ inducit aliū ad malū ſuadēdo: cōſulēdo: ꝓcipiendo qō eſt moꝛtale: eſt occaſio ꝓditionis illius q: ꝑ hec auferunt ei gratia ⁊ vtutes ab aia. Vñ Aug. Si fratri tuo male ꝑſuadet occidis. ſ. illū quoad aiaz. de pe. di. ſ. noli. ⁊ talis dānificās ſm Sco. in. iiij. tenet reſtituere dānū mō ſuo poſſibili. ſ. inducēdo eū efficaciter ad penitētiā: ⁊ ad actus virtuoſos. Et ſi ſola inductio per verba nō ſufficit: quia facilius eſt ꝙuertere q̄ ꝙuertere. tenet quātū pōt ꝓ oꝛones ſuas ⁊ ab aliis ꝓcuratas: ⁊ ꝑ alioꝛ ſuaſiones efficaces: dū tñ nō ꝓdat illis peccatū occultum ꝓdicti.

Auertēs aliquē ab ingreſſu religiōis

Quātū ad ſcōm. ſ. reuocādo aliquē a melioꝛi bono. hoc fit damnū alteri cū reuocat eū a religione in qua ꝓfectius viuit q̄ in ſeculo. ⁊ taliter dānificās tenet ipm reuocatuz ab eo reducere ad ingreſſum vel reuerſionē ad religionē Nā ſm Pe. de pal. in. iiij. Nō ſolū ille q̄ inducit ꝓfeſſuz ad egreſſum religionis tenet ipm inducere ad reuertendum ad religionē: ſz etiā qui retrahit eū q̄ volebat ingredi. nec tñ intrauerat. tenet illū inducere ad ingrediēdū. q̄ ſi ille nolit intrare. tenet aliū eque idoneuz ꝓcurare: qō ſi non poſſit: tenet ipe intrare. qō itelligēs magiſter Ray. Magiſter poſtea oꝛdi. ꝓedi. qui auerterat quēdam ab ingreſſu religionis poſtea ꝑ eo itrauit. rō eſt q: abſtulit dño ſeruum ſuū nouitiū vel intraturū. hec Pe. Sed Sco. di. hoc eſſeverū de obligato ad religionē obligatiōe ꝓfeſſionis: ⁊ ſi ſit ꝑſona idonea ⁊ habilis ad intrandū. nō aūt de eo q̄ nō erat diſpoſit⁹ ad intrandū necdū intrauerat. Rō diuerſitatis eſt: q: intereſt inter habere ⁊ ꝓpe eſſe ḥie. Vñ nō tenet ad tantā reſtōnē religioni ad quātā teneretur ſi ingreſſus fuiſſet in religionē: ſz tenet ad aliqualē reſtōnē ſcz aliqualē inductionē illius vel alterius eq̄alētis ad ingreſſum religionis. ſ. Sco. Idē videt dicēdum de eo qui auertit nouitiū iā religionē ingreſſum aio ꝓmanēdi: ſicut ⁊ de ꝓfeſſo. Nā talis obligat religioni ſaltē in genere. ⁊ ſ. intelligēdū ſi retraxit illū intentione dānificādi religionē tunc em̄ tenet religioni. Si aūt ꝑ fecit intentione cōſuledi ꝓprie vtilitati ſue ſine fraude quoad eū q̄ nōdū itrauit nō tenet religioni: ſz ipſi ꝑſone quā retraxit ꝓſuaſionib⁹ et aliis bonis ſpūalibus ad eq̄alentiā eoꝛ in q̄bus dānificauit. Si aūt q̄s auerteret aliquē a religionis igreſſu nō ſimplr: ſz ab ea vbi diſſolute viuit intēdēs ꝓuidere ſaluti illius in nullo tenet. arg. xxiij. q. v. de occidēdis. Et ex his ptz ſm Joh. de rip. in q̄dā tractatu de ꝛctibus. quid dicendū ſit de his q̄ ſcholares retrahūt ⁊ ſubtrahūt doctoꝛibus cū q̄bus audiūt: q: aut hoc faciunt in odiū doctoꝛuz: vel volētes ſibi ꝓuidere: vel aliis ꝓuidere: vel volentes ſcholaribus ꝓuidere. Si primo mo aut ſubtrahit ſcholarem q̄ iam itrabat ſcholas: ⁊ tūc tenet doctoꝛi ad reſtōnē ſcholaris ⁊ honoꝛis ſibi ſubtracti. ſi etiaz doctoꝛ cui talis ſubtrahit fit melioꝛ q̄ ille cui eū ꝓcurat: tenet tali ꝑ quāto vtilitatē ſcie ſibi ſubtraxit. Si aūt nōdū ſcholas intrauit: ſz itrare diſponebat: nō tātū tenet: ſz obligat ſcholarē inducere vt redeat ad ꝓmū. Si aūt ꝑ facit volendo ſibi ꝓuidere: puta ē doctoꝛ ⁊ vult ſibi de ſcholis ꝓuidere. ſi hoc ſine fraude facit ⁊ ſcholaris nondū ſe dederat alicui doctoꝛi. nō credo eū in aliquo obligari: cū cuilibet ſit licituz modo licito ⁊ debito ꝓcurare vtilitatē ſuā: aliter non grauabo ſibi licere. Si aūt ꝑ facit volens alij ꝓuidere ſicut q̄n ſcholaris alicui⁹ doctoꝛis ſubtrahere conat ſcholares alios doctoꝛib⁹ vt intrent cū doctoꝛe ſuo in hoc ſolū honoꝛē ⁊ vtilitatē ſui doctoꝛis intendēs ſi ſubtrahat iam intrantez cū alio doctoꝛe: credo ipm obligari: niſi forte illius doctoris cui eū ſubtrahit inſufficiētia ⁊ ſcholaris aliqua ſpecialis cura q̄ ſibi tenet excuſet. Si aūt retrahat intrare volētem cū ex ꝑ nullū ius doctoꝛi ſit acq̄ſitū ⁊ ꝑ facit ſine fraude nō credo eū doctoꝛi in aliq̄ obligari. obligat autē ſcholari ſi eū retrahat ne audiat melioꝛē. Si aūt ꝑ facit vtilitati ſcholaris volēs cōſulere: ⁊ ſup ꝑ a ſcholare requiſit⁹ cōſulit q̄ audiat aliū doctoꝛē melioꝛē bene facit. Et dicta in his caſibus ſunt ceteris paribus intelligenda: Iſte em̄ caſus eſt ita varijs modis circunſtātialis q̄ vix pōt dari certa regula. hec ille. Quantū ad tertium. ſ. dānificando alios ſuo malo exēplo: ſicut ſcandalizāt plati ſubditos pompis ⁊ laſciuijs ⁊ alijs malis moꝛib⁹ ſuis. Mulieres ſuis ſuperfluis oꝛnatib⁹ ⁊ fucis ⁊ tripudijs. ⁊ alij manifeſte peccātes. ⁊ ꝑcipue qñ hoc intēdūt vel cōtēnunt ſeu paruipendūt ſcādalū alioꝛ ꝓpter qō alij ruūt in diuerſa vitia. tales tenenḳ ad ſatiſfaciēdū bonis exēplis manifeſtis: nō aūt tenenḳ ꝓpter ꝑ ad aliquaz publicā pniam. vt dicit Al. Sed ad edificādū alios bonos moꝛib⁹ manifeſtis. ſicut ſcandalizauerūt ꝑ mala manifeſta. Quātū ad quartū. ſ. de ſeducēte vginē ⁊ coꝛrūpente extra mrimoniū. dicit Exo. xxij. Qui ſeducit virginē ⁊ dormit cū ea dotabit eā ⁊ habebit eā vxoꝛē: aut reddet ei iuxta modū dotis quā vgines ſolēt accipe. Dānificauit em̄ talis illā i caſtitate vginali auferēdo theſaurū irrecupabilē: vnde tenet ei ſaltē ad reſtōnem caſtitatis ꝓportionalis accipiēdo eaz in vxoꝛem vel dotando. Et ſi quidē ꝓmiſiſſet eā ducere in vxoꝛē: tenetur etiā rōne ꝓmiſſionis: niſi eſſet nimis diſparis ꝓditiōis: vnde fraus potuit deprehēdi: ⁊ tūc ſatiſfaciat ad arbitriuz boni viri. Et idē ⁊ fortiꝰ qñ violēter auſit. Quāuis aūt ꝓceptū allegatū legis moyſaice ſit iudiciale ⁊ inquātū ad ꝑ nō obliget tñ inquātū ē ſumptū ꝑ ſtatuto ab eccl'ia vel aliqua ciuitate obligat: ſicut ptz ex de iniur. ⁊ dā. da. c. ſi culpa.

Dantes malū exemplum

Decoꝛant petibus virgines

§. II. De ſecūda dānifica-

Dānificās occidendo

tione q̄. ſ. fit coꝛpi ꝑ leſionē. Aduertēdū q̄ q̄ttuoꝛ mōis cōtingit. ſ. ꝑ occiſionē: mutilationē: vulnerationē: aut verberationē: ⁊ per incarcerationē: aut violentā detētionē. Si ḡ fiat dānū ꝓmo mō. ſm Sco. pōt ſatiſfacere ſuſtinēdo penā talionis a iudice nō a ſe. nec etiā tenet iudici ſe offerre ſz capt⁹ nō licz ſe defendere aut carcerē ifringere: ſz iuēta oppoꝛtunitate licet fugere ſm Tho. ⁊ Hen. ⁊ pdēnat⁹ dz patiēter moꝛtē ferre. Eſt ⁊ alius modus ſm Sco. ſibi vti

lis ad satisfaciēduz ꝯ huis ad hoc nō teneak necessario. ſ. vt exponat vitā in cā iusti belli vt ꝺ inimicos fidei vel eccl̄ie ꝓ restōne seu satisfactione fiēda illi cuius vitaz abstulit. Nō si nec hoc vult facere teneꝯ ad satisfactionē spālez ꝓ aia occisi: vt ad faciendū elemosynā ꝓ eo. vel assumendo aliquā pegrinationē ad limina apl̄oz: vel sancti Jacobi: ꝯ hmōi ꝓ aia eius ꝯ pcurādo alioz oratiōes inquātuz pōt Nec hoc sufficit: ſz si interfecꝯ sustērabat aliquas pſonas vt patrē filios ꝯ hmōi opibus manuū suarū. teneꝯ interfecto: oibus illis ad tātū quātū illis abstulit subsidiū ꝓpter occisionē eiꝰ. Insup teneꝯ occiſo: placare lesos quātū pōt hec Sco. *Quātū ad scām. ſ. de mutilatiōe dicit idē Sco.* ꝙ ꝓ hmōi nō est statuta pena in eccl̄esia nisi pecuniaria: ꝯ *illa dz respōdere non solū dāno qđ ꝙs intulit ꝓ mutilatio* nem ꝓ toto tpe futuro quo vsurus ꝙs esset mēbro absci/so: sed etiam expēſis appositis in curatiōe: vt habeꝯ ex̄ de iniu. ꝯ dā. da. c. ſi culpa. Et vltra ꝺ teneꝯ ad placationē lesi quātū in ipo est: ꝯ ꝓsolationē ipius afflicti: q̄ afflictio per penā est. Plus aūt pōderāda est mutilatio paupis ꝙ diuitis si magis egebat parte abscisſa ad victū necessariū puta si abscisſa est manus dextra scriptori q̄ de illa arte vi uebat: tūc eiꝫ magis teneꝯ. Quantū ad tertiū videꝯ deū optime satisfactionē imposuisse. ſ. in lesione vel pcussione corpali Exo. xxi. vbi dicit. Si rixati fuerint viri ꝯ pcusserit alter ꝓximū suū lapide vel pugno: ꝯ ille mortuus nō fuerit ſz iacuerit in lecto: si surrexerit ꝯ ambulauerit sup bacu lum suū: innocēs erit qui pcusserit. ſ. a mortis pena sustinēda: ita tū ꝙ opas suas quas. ſ. interim negligerit impediꝫ tus pcussura: ꝯ impēſas in medicos restituat: cui pene addenda est recōciliatio ꝯ placatio quātū in eo est. Quātū ad satisfactionē de quarta lesione. Sciēdum est ꝙ vltra lesionem recōciliationē ꝯ veniā petitā leſo fiet satisfactio iniurie put sapiēs determinabit ꝯ si lesus plus vellet exigere ꝙ deberet ad illud plus nō teneꝯ ledēs vt illū recōciliet hec Sco. ꝯ q: exiliū reputaꝯ vt quidā carcer iniurie. ideo qui mittit aliquē in exiliū vel cōfiniuz qđ est exiliū ad tps iniuste: tam ipse ꝙ oēs q̄ sunt hmōi cā vt dātes cōsiliū vel auxiliū efficax ad hoc teneneꝯ exulāti de oīi dāno inde secuto. ꝯ hoc ad satisfaciēduz. ar. ex̄ de homi. c. ſicut dignū. ꝯ xj. q. iij. c. q̄ cōsentit. Sed. b. Tho. in ſum. ꝯ in. iiij. dicit ꝙ in oibus dānis vbi nec in se nec in eq̄lēti pōt fieri restitutio: vt in stupro: mutilatione mēbri ꝯ hmōi: satisfactio fiet per recompēſationem ad arbitriū boni viri. Idem Guil.

§. III. De tertia damnifica

tione. ſ. in fama ꝯ honore. Sciendum ꝙ q̄ttuor modis pōt contingere. ſ. ꝙ cōtumelie illationē: ꝓ detractionē: vel ꝓ detractionis ab alijs facte recitationē. ꝯ cū ꝙs accusaꝯ iuste ꝓ veritatis negationē. Quantū ad ꝓimū ꝺ: ꝙs cōtumeliari alteri seu ꝓtumeliā inferre cū ei ꝓuatim vel cora alijs in facie dicit vba importātia defectū notabilē culpe vt vocādo eū latronē ꝓditorē adulterū ꝯ hmōi: vel etiā cū dicit verba exprimētia defectū nature intēdens inde iniuriari: vt vocādo eū strabonē vel illegitimū ꝯ hmōi: qđ ꝓprius ꝺ cōuitiuz. Qñ igiꝯ ꝙs hoc facit aio iniuriādi: vltra offensam mortalē teneꝯ satisfacere ꝓximo sic leſo: ꝯ placare ipz̄ leſuz quātū pōt petēdo veniā: vel alio mō: ꝯ ꝺ in ꝓuato vl̄ publico ſm ꝙ ipe ꝓuatim vel publice cōtumeliā intulit. Nā si in publico cōtumeliā intulit: ꝯ cōtumeliatus hoc exigit vt publico veniā petat. teneꝯ ad ꝺ. Et si in ipa cōtumelia aliq̄d criminale falso exp̄ſit: teneꝯ coram illis q̄ audierūt exp̄mere se falsum dixisse. Aug. Ubi pctm̄ ortū fuerit ibi moriak. ij. q. ſ. ſi peccauerit. Verū si ꝓlatus ſubdito: pater filio: vir vxori: magr̄ discipulo: dñs seruo. dicit vba ꝓtumeliosa hoc faciēs ex correptione non teneꝯ petere veniam a tali ſm Aug. in regula dicētem de ꝓlatis. Si etiam ipſi modū vos excessisse sentitis nō a vobis exigiꝯ vt a vobis ſubditis veniā postuletis ꝯ. Sed si hoc facerēt multuz iniuriose ꝯ liuore vindicte, tunc teneren̄ ꝓlati ſubdito petere veniā ꝯ recōciliare lesum ſm Ray. Verū si cōtumeliā recipiēs in vbis post cōtumeliā si domestice ꝓuersaꝯ cum ꝓtumeliāte ꝯ familiariter: videꝯ oīdere remisisse iniuriā ꝯ recōciliatū fore: ꝯ conſequēter nō teneri alꝫ ad petēdū veniā ſm Dura. in ſum. Quantū ad ſcām dānū. ſ. per detractionē: ꝺ ꝓtingit ꝓncipalr̄ fieri duobus modis. ꝓximo imponēdo alicui falsum crimē vbo: cantilena: vel famoso libello: ꝯ talis teneꝯ illis cora quibus detraxit declarare se falsuz dixisse: quātū cunq̄ ei inde exurgat erubescentia ꝯ cōfusio: nisi ex ꝺ immineret ei magnū piculū vite: vel aliud magnum incōueniēs sequereꝯ. Et si nouerit ꝙ is cui/ famā abstulit sciuit detractorē ipm: teneꝯ detrahēs se conponere cū infamato ꝓ eū de iniuria sibi facta: ꝯ veniā postulare in ꝓpria pſona si audet vel ꝓ aliū si ꝓ se apte nō potest: ſz si ignorat infamatꝰ detrahentez recōciliet ei tacito noie suo. Scō mō cōtingit fieri detractio dicendo aliqđ criminale de alio: sed vē ꝓpetratū: occultū tm̄: sed ꝺ debitū ordinē infamie inductiuū. Talis teneꝯ famā restituere infamato quātū pōt ſine mēdacio tm̄. ſ. vt nō dicat menda cioſe se illum infamaſſe: ſz dicat se male dixisse vel iniuſte diffamaſſe: vel alio ꝓgruo modo: vt nō credatis ipm esse talē: male dixi ꝯ stulte locutus sum ꝯ hmōi. Addit Hosti. ꝯ dicit hoc seruādū nisi ex tali publica recognitiōe ille in famaꝰ ampliꝰ infamaret. Et Guil. addit ad hoc etiam nō teneri qñ piculū sibi immineat ex potētia aduersarij. Videtur insup ꝯ hoc seruandū ꝙ qñ crimē qđ ꝓus erat occultū post detractionē est factū manifestū ꝓ aliū modū ꝙ ꝓ verba illius nō teneꝯ ad hmōi restōnem. qñ etiā ꝙs nō potest famā restituere ſm Tho. in ſum. dz ꝓ aliū modū recompensare dānum illud. Verū si ꝙs crimen alicuiꝰ reuelat nō ex odio vel loquacitate: ſz ex charitate vel iuſticia vel ex necessitate: puta dicit eccl̄ie ſm ordinē correctionis fraterne: vel accuſat eū cora iudice vl̄ ꝓfessori dicit cū nō posset aliter pctm̄ suū sufficienter declarare: vel etiā vt confessor oret ꝯ admoneat illū vel ꝓlato vt ꝓideat melius sibi ꝯ gregi suo: talis nō teneꝯ ad fame restōnē ſm Petrum de thara. Ray. ꝯ Umb. Quātū ad tertiū damnum ſcz recitando detractiones auditas coram alijs nō exp̄esse asserēdo nec tanq̄ certū dicendo: sed ꝓut audiuit tale ꝯ tale crimē de aliquo qđ nescit ab auditoribꝰ. Dicit Sco. in. iiij. ꝙ talis sic incaute loquēs de alio falsum crimē dicēdo. ſfore te ille hoc fecit. certe pōt esse ꝙ fecerit: aut dicendo. Ego audiui ꝙ ille ꝺ fecit. nisi ille ostēdat aliquā certitudinem maiorē q̄ ex relatione cōi. nō aufert ex natura actus illi fama in opinione audientiū: q: si illi firmiter concipiunt et credūt ex hoc illū de quo est sermo esse criminosum leues sunt: q: q̄ cito credit leuis est cordeꝯ vt scribit Eccl̄i. xix. Verum q: a scādalo puſillor cauere opz. iuxta illud Matth xviij. Qui scādalizauerit vnū de puſillis his qui in me credunt expedit ei vt ſuſpēdak mola asinaria in collo eius et demergak in ꝓfundū maris. ꝯ multi ſunt tales puſilli ꝯ leues: ꝯ ideo piculoſum est cora eis talia audita referre. Et si hoc fiat intētione mala. ſ. ledēdi famā eius: nō facile potest excuſari a mortali. Si aūt fiat cora puſillis ꝯ leuibus ex incōſideratiōe durū est dicere ꝙ sit mortale. Et dicunt aliqui ꝙ si ꝙs ex tali relatione alicuius nōtā incurriſſet in famie: teneꝯ famā restituere coram illis coram quibus locutꝰ est de eo: ſz si nō est ſecuta infamia non teneꝯ. Quātū ad quartū dānū ꝓtingit ꝺ qñ ꝙs accuſatꝰ in iudicio de crimine qđ commiſit: ſed occulto ꝯ nō ſufficienter ꝓbabili: negat ſe cōmiſiſſe: ꝯ ſic indirecte crimen imponit accuſatori ostēdēs in hoc eū esse mēdacē: ꝯ notat eū de calūnia. Ubi dicit Sco. in. iiij. ꝙ ſic negās nō teneꝯ retractare negationem ſuā q̄ negauit in publico verū crimē: teneꝯ tamē per quedā vba ſobria restituere famā illi accuſanti quā indirecte notauit de calūnia dicēdo. Nō habeaꝯ eū ꝓ calūniatore: credo ꝙ habuit intentionē bonā in accuſando ꝯ hmōi Ecōtra cū ꝙs accuſatꝰ ab alio falso de aliq̄ crimine ex dolore torture cōfeſſus est crimē qđ nō cōmiſerit: cum se infa

Ledēs ꝓ detractionem.

Ledēs ꝓ accuſationem.

maueritt:tenek inquãtũ põt declarare se falsuz dixisse.magis em̃ tenek q̃s se diligere ꝙ̃ntervite sue ꝛ fame ꝙuidere ꝙ̃ alios.Et si ex b̃ sequerek ifamia.imo etiã moꝛs accusatoꝛis.nõ ei imputak:ſz malicie ipius accusatoꝛis si aduerꝛtenter hoc facit.vel insipientie si ex erroꝛe hoc agit.sibi ergo imputet q̃ ad hoc indebite se posuit cũ periculo alteri⁹.

Ex iniuriis tria oriũtur.

Jtẽ nota ꝑm ⁊pe.de tharan. ꝙ ex iniuriis illatis quibuscũq; modis solẽt tria oriri ꝙ oꝛdinẽ in leso. ꝓmũ est rancoꝛ in affectu.Scõm est signũ rancoꝛis in effectu.Tertiũ est actio ꝯ iniuriãtẽ. ꝓmũ.ſ.rancoꝛẽ statim dz dimittere iniuriãti.i.nunq̃ habere.Scõm dz dimittere cũ iniurians petit veniã.ꝛ ista dimissio exterioꝛ nõ est aliud nisi quedã acceptatio satisfactiõis vel indicatio reconciliationis vbo vel facto exꝑssa.vt cũ offensus offendẽtẽ releuat genuflexũ añ eũ : vel cũ dicit dñs ꝓcat vobis ⁊c.Tertiuz autẽ idest actionẽ iniuriarũ nõ tenek dimittere nisi facta satisfactione.

Signa rancoꝛis

Sed aduertẽdũ circa signa rãcoꝛis ꝙ q̃dã remota sunt.ꝛ q̃dã ꝓpinqua q̃ ingerũt ꝓbabilẽ suspitionẽ de rãcoꝛe.vt cũ aliq̃s nõ vultvnq̃ iniurianti loq̃ vel obuians ei diuertit ab eo.aut toꝛtuoso vultu sempeũ respicit ꝛ hmõi.Et ista signa nulli licet retinere nec ante nec post satisfactionẽ sibi factã:q; ab oi spẽ mali abstinendũ est ꝑm aplm.Uñ talis nõ dz talia signa facere ꝓ q̃ ꝓbabiliter creꝛdatur esse in odio.Signa vo remota sunt q̃ non ingerunt de odio arguinẽtũ licz odiũ seq̃rek vt sunt subtractio familiaritaꝛ ⁊ seruitioꝛ aliq̃ ⁊ filia.Et illa licet retinere oibus siue ante satisfactionẽ siue post:dũmõ nõ fiat malo aio.ſz ꝓ maioꝛi sui ⁊ alteri⁹ pace.nõ tñ tenek iniuriat⁹ q̃rere recõciliationẽ iniuriatis ipo nõ penitẽte.nisi i casu.ſ.ꝙ crederet ꝓbabilr ꝙ ꝑpter b̃ liberaret aiam ei⁹ a mortali odio.ꝛ nõ eẽt occasio mali.puta q; ex b̃ iniurias supbiret vel audaciã sumeret filia faciẽdi vñ oñderet ex hoc alijs iniuriatũ offendisse ⁊ hmõi. Hec oia Umb.in expositiõe regule beati Aug.

Res ipa dz restituꝛi.

Debet aũt fieri satisfactio vel restõ infamie vl fame q̃citius põt ⁊ adest opꝑtunitas sine alijs periculis.

§.IIII. De quarta dãnifica

tione.ſ.rerũ exterioꝛ.Notãdũ ꝓmo ꝙ restituenda est res rapta vl furata vel alio mõ surpatiuo habita in ꝓpria specie imo indiuidua si ipa habeẽ:nec põt dari alia ꝓ:o ea eiusdẽ bonitaꝛ.nisi forte pecunia ⁊tra volũtatẽ dñi ipius rei.iij.q.ſ. Reintegrãda sunt oia spoliaꝛ.ꝛ hoc veruz nisi in casu cũ vsurpatio rei aliene esset occulta.ꝛ ex restitutiõe eius in sua spẽ detegeret raptoꝛ.vel aliud incõueniens sequerek.tũc em̃ sufficeret dare ꝑciũ eius.

Utrũ ꝑcium reidz restituꝛi.

Scõ notãduz ꝙ si ipa res male ablata perijt moꝛtevt aĩal.vel sibi auferek.nihilomin⁹ restituere tenek ꝑm Ray.ꝛ alios. Si aũt deteriꝛata est in bonitate.vel diminuta in ꝑcio.supplendũ est ꝑciũ.q; debuit restitui eiusdẽ bonitaꝛ ꝑm Ray. Nã si equ⁹ vel bos ablat⁹ penes raptoꝛẽ ẽ debilitat⁹ ita ꝙ estimek valere.v.florenos q̃ prius valebat.ꝓ.restituet.ꝓ.nõ.v Silr si furat⁹ est sextariũ frumẽti valentẽ tunc.xl. solidos cũ restituit valet.xꝓ.duo sextaria tenetur reddere vl.xl.solidos.nec sufficeret restituere sextarium.ꝑm Ray.ꝛ Alb. imoꝛ si illo itermedio intervsurpationẽ ⁊ restõnẽ plus valuit ꝙ ꝛpevsurpatiõis illo pluri ꝑcio restituet ꝑm aliquos Tenek etiã raptoꝛ ꝓ restitutiõe dãni petere remissionẽ de iniuria saltẽ ꝓ interpositã ꝑsonã vel ꝑ se exꝑsso noie furis vel supꝑsso ꝑm ꝙ q̃litas negocij reqrit si est manifestũ vel occultũ.

Cuz fructib⁹ ide ꝓceptis.

Tertio no.ꝙ si est res fructificãs tenek restituere rem cuz oibus fructibus inde perceptis: ꝛ qui percipi potuissent a diligente possessoꝛe.puta agruz vsurpauit alteri ex quo nõ ꝓcepit de fructib⁹ nisi.xꝛ.sextaria frumenti q; male fecit cultiuare vbi.xxx.ꝓcepisset diligẽs cultiuatoꝛ annuatim.talis restituere tenebik nõ solũ.xꝛ. ꝓcepta. sed xxx. Silr si equũ furat⁹ est.cuz quo lucratus est mensatim vnũ floꝛenũ. vbi dñs lucrat⁹ fuisset vnũ cũ dimidio: tenebik restituere ad rõnẽ vni⁹ floꝛeni cũ dimidio ꝓ mẽsem.et intelligik hoc deductis exꝑsis factis inptilitatẽ ꝛ ꝓserua tionẽ ipius rei necessarijs tñ nõ supfluis.ꝛ exꝑsis factis cã colligẽdoꝛ fructuũ.hmõi em̃ deducũk tã a malis fidei ꝙ̃ bõe fidei possessoꝛe.ray.ꝛ tho. Dãna etiã q̃ passus dñs est ex carẽtia rei sue tenek satisfacere.ex̃ de iniur.ꝛ dã.da. c.si culpa.tho.ꝛ ray. Jtẽ q̃rto nota qñ ꝑles ꝓcurrunt ad furtũ vl dãnũ faciẽdũ.ita ꝙ vn⁹ nõ faceret fine altero.q̃li ꝑles tenebet tenek insolidũ .i.ad totũ dãnũ restituẽdũ ꝛ restaurandũ q̃uscz illi sit satisfactum integraliꝛ. Illo aũt restaurato ad plenũ ꝓ vnũ illoꝛ.tenek postea q̃libet alioꝛ ꝓ ꝑte sua satisfacere ei q̃ totũ restituit.ꝑm tho.ray.inno.hosti.ꝛ alij⁹ licuit. os.ex̃ de homi.c.sicut dignũ.puta cũ duo vel ꝑles vadũt ad furandũ aliq̃d:ita ꝙ vn⁹ nõ iret vl faceret fine altero, siue cũ intẽti stipẽdiarij bellãt iniuste. ita ꝙ vn⁹ nõ faceret fine alio ꝑcipue ꝓncipalib⁹ multi ꝓsilũ ꝑstãt ad faciendũ extoꝛsiões.vel expellẽdo iniuste aliquẽ ciuẽ: ita ꝙ fine assensu eoꝛ non posset fieri: tenenk oẽs insolidũ. De his tñ plene habes.ſ.ti.ſ. Quinto nota ꝙ cũ duob⁹ vl pluribꝰ exꝛistẽtib⁹ heredib⁹ vsurarij vel raptoꝛis si alter fact⁹ ẽ nõ soluẽdo ali⁹ fic.vn⁹ tenek insolidũ. Si ꝑles sunt q̃libet tenek ꝓ ꝑte sua ad restituẽdũ q̃ vsurarie ꝛ vsurpatiue acceꝛpta sunt ab illo.ſ.vsq; ad quãtitatẽ q̃ quenit ad eos hereditarie. Naz oẽs res hereditarie obligate sunt.ex̃ de vsuris.c.cũ tu. Host.ber.goff.ꝛ iob.an.ad vltra aũt ꝙ ꝓcepit de hereditate ꝓdicti vsurarij vel raptoꝛis nõ tenek q̃uis nõ esset ꝓ illa satisfactũ in totũ creditoꝛib⁹ vsurarũ vl rapine. Sz q̃d si heredũ vsurarij alter fact⁹ eẽt nõ soluendo: nunq̃d alter tenek insolidũ. Rñdet ad b̃ glo.de vsuris in c.tua nos.ꝛ dicit ꝙ sic quãtũ ad ipm saltez de hereditate quenit. Naz ꝛ hereditaria res obligari vl exneo. Cũ ista opiniõe vl ꝓcoꝛ.io.an.ꝛ car. Sexto no.ꝙ recipiẽs a religioso ꝯ volũtatẽ supioꝛis sui tenek illud restituere:nisi illud in extrema necessitate recepisset.ar.xij.q.ſ.nõ dicaꝛ.ꝛ recipiẽs ab ipo ꝓlato religioso fine cã rõnabili: ſz ex parẽtela vel turpitudine tenek ad restituẽdũ monasterio. ſſilia religiosi vel abbatis dotata notabilr de bonis monasterij tenek restituere dotes: ꝛ vir ei⁹ si hoc scit: nisi forte ꝓ modũ elemosyne moderate dotasset.

§.V. Sed queritur vtruz

oẽ lucrũ q̃ ex ꝙs fecit ex rẽ rapta furata vel ꝓ fen⁹ acq̃sita: teneak restituere vl paupib⁹ erogare. Ad q̃ rñdet ꝓ dissictionẽ. Aut em̃ talis res ẽ ex se fructificãs q̃ in sui vsu non ꝓsumik nec distrahik vt ager vinea dom⁹ iumẽtũ ⁊ hmõi. Et de hmõi dz restitui oñe lucrũ inde ꝓceptũ ꝑm Tho.ꝛ oẽs alios. Aut talis res nõ est fructificãs ex se et ei⁹ vsus ẽ ꝓsumptio vt granũ.vinũ.oleũ.ꝛ hmõi.aut distractio vt pecunia numerata. Et circa hmõi res ẽ tripler modus dicẽdi. Nã q̃dã dicũt ꝙ oẽ lucrũ iã ꝓceptũ dz restitui vl paueriꝰ erogari. q; radice infecta null⁹ bon⁹ fruct⁹ seq̃ põt vt dr.ſ.q.ſ.c.ferk. Cũ ḡ radix illi⁹ lucri sit vsura vel rapina videk etiã ꝙ fruct⁹.ſ.lucrũ exinde sit infectũ ⁊ obnoxium restitutioni vel erogatiõi. Alij vo dicunt ꝙ etsi pecuniã raptã vl fenebrẽ teneak in dubio restituere : ac etiã dãna q̃ passus ẽ ex q̃ soluit vsurã ex carẽtia ipsi⁹ pecunie solute.puta q; oporꝛtuit eũ accipe ad vsurã ꝓ suis necessitatib⁹ vel vẽdere res suas mꝛto minoꝛi ꝑcio ꝙ valerẽt.lucrũ tñ percepti ex pecunia fenebri ꝓ licita negocia nõ tenek restituere vl erogare paupib⁹. ⁊ b̃ tenẽt.b.tho.ij.ij.q.lxxviij.ricb. ⁊ pe.de pal.in.iiij.io.an.ꝛ io.cal. Et ad rõnẽ alioꝛ dici potest ꝙ radix iusti lucri nõ ẽ rapina vl fen⁹:ſz industria vtẽtis ea. Ex se em̃ illa pecunia nihil lucri attulisset.ꝛ sic nõ ẽ radix infecta.q; industria de se ẽ bona. Sz si illa pecunia male acq̃sita vsus fuisset in fraudib⁹;ꝛ in alijs illicitis acq̃sitionib⁹.tũc radice infecta teneret.Alij dicũt.vt lau.de ridol.in sup:radicto tractatu de vsuris.ꝙ lucrũ ex tali pecunia acq̃situ tripharie diuidek. Et vnã q̃dẽ ptẽ habebit vsurarius ipse videlicet tantũ quãtũ debetur expense.laboꝛi ꝛ industrie: quod boni viri dirimetur arbitrio. parꝛtemq; aliam restituet creditoꝛi suo,qui scilz sibi dedit vsu

ras habito respectu ad dānuz qō ille sustinuit in bonis ex carentia illius pecunie: vt dicūt Tho. ⁊ sequaces. refiduū tanq̄ incertū dabit paupibus. Cō sic ꝓbat. penes vsura riū nō dz remanere: ne. s. ex hoc parek via vsuris: ⁊ inuitē tur hoies ad peccādū: nec dz creditor i restitui q: tunc reci peret vsuras de sorte sua. q̄ paupib⁹ est erogandū: q: regu la est q̄ qñ est aliq̄d eroganduz ⁊ nō apparet cui: illud est paupibus dandū. ar. xiiij. q. v. non sane. Ray. etiā ꝓsulit q̄ post restōnem solū vsure recepte petat vsurarius absolu tionē ab eo de alijs si teneret ad cautelam. Magne equi tati videtur inniti ista vltima opinio. tunc sufficere videt absolutio q̄ dicit a beato Tho. cum alijs in sua opinione.

§. VI. Item queritur vtrū

manifesto vsurario pstante cautionē de restituēdis vsuris si ad pces eius aliquis ꝓ eo fideiubeat teneat ipe fideiusſ sor creditoribus vsurarū: vel epo vel paupib⁹ ad restōnez oiz vsurarū extorarū certarū ⁊ icertarū. Ad qō rndet lau. vbi. s. dicēs q̄ Lap⁹ de castl. cū plurib⁹ alijs determinauit talē fideiusſorē nō teneri vltra vires hereditatis principa lis: etiā si pncipalē se ostituisset. Et addit. hanc etiā cōnez disputauit Pau. de eleaza. ⁊ determinauit q̄ non obligat fideiusſor vltra facultates vsurarij habito respectu ad tps cautionis: q: si tpe cautiōis principalis erat soluēdo dato q̄ facultates postea sint exhauste non restōne vsuraruz ⁊ eris alieni: sz palios modos fideiusſor remanebit ad oia obligatus: licz em exceptio inopie ꝑsit principali non tñ fideiusſori. Sed si tpe cautiōis principalis nō erat soluen do: nō tenet vltra vires principalis. Idem tñ Pau. distin guit inter fideiubētem pcauentē ⁊ se obligātē ad restōnez vsurarū ex alia cā. In primo em casu non tenet fideiusſor vltra vires q: nec etiā vltra vires restituere vel cauere te nebatur principalis. In scō casu secus: q: principalis est obligat⁹ insolidum. lz enim habeat exceptionē inopie vel similē: q̄ exceptio vtpote ꝑsonalis nō dirigit ad fideiusſo rem. Item fm Richar. in. iiij. di. xv. qui dānificat aliquem iniuste in sua libertate: scz iniuste ꝓcurando ipm redigi in seruitutē: tenet se facere seruū ꝓ eo si nō pōt eū aliter resti tuere libertati: nisi forte talis esset cōditio ꝑsone q̄ hoc dā num intulit q̄ notabiliter redundaret in preiudiciuz boni cōis: in quo casu nō tenet se facere seruū sz tenet ad omne aliud interesse ad arbitriū bonoꝝ. Quantū cunq̄ aūt ali quis dānificaret aliquē in alijs possessiōibus nunq̄ tenet prestitutione se facere seruū ei⁹ vel alterius q: vt dr. ff. de reg. iur. libertas iestimabilis res est. Cō aūt dr. Exo. xxij. Si aūt nō hz fur vnde reddat venūdet: iudiciale ꝓceptuz fuit. vñ modo nō obligat. hec ille. Item qui emit in seruz vel ancillaz qui ab initio cū fuit captus in bello iusto erat xpianus vel xpiana q̄uis heretica liberū dimittere debet nec pōt petere pcium ab ipo seruo: sed ab eo a quo emit si inuenit. alꝰ sibi imputet: sicut ⁊ qui emit rem alienā igno ranter cōperta veritate dz restituere dño eius: vel si igno rat dēz paupibus erogare nō sibi retinere. Si aūt nō erat xpianus sed saracenus: turchus vel tartarus ⁊ hmōi. talē in seruū emptū vēdere pōt ⁊ postea baptizatū piū est cer to tpe conueniēti ex seruitio habito eū libere dimittere: si tamē bene vtik libertate nō tñ necessariū. Item si quis im pedit iniuste aliquē ab officio vel bñficio iam obtēto. pu ta pcurās sibi auferri ex aliqua finistra cā ⁊ falsa: tenetur ad satisfaciēdum de toto: fm Tho. ⁊ Richar. in. iiij. di. xv. Secus si iuste hoc ꝓcurat: puta q: merek priuari ex defe ctu suo. Sed si impedit a bñficio ꝓsequēdo non tenek ad tanz quātū est bñficiū: sz ad arbitriū boni viri: fm Tho. ⁊ Richar. Cō intelligēdum videk qñ hoc facit ex odio ⁊ malicia. Naz si faceret vt sibi vel amico suo magis ꝓuide retur q̄ illi: puta testato: aliqs vult legare titio centum: ⁊ ego rogo q̄ potius leget mihi vel cuidaz ꝑsone mihi ma gis dilecte: ⁊ ille facit fic. talis fm Pe. de palu. in. iiij. nulli tenetur; quia nulli aufert ius suum. Nam illi nullum ius erat acquisitum. ⁊ nemini facit iniuriam qui vtik iure suo cuilibet enim licet se recōmendare alteri vt sibi donet vel leget precipue cum indiget.

§. VII. Item queritur vtruz

clerici teneātur restituere illos fructus q̄s voluptuose cō sumunt nō faciētes seruitiuz in eccl̄ia. s. officiādo. Rñ. fm Archiē. di. xliij. vtiq̄ tenētur. ⁊ hoc tripl̄r. Primo rōne da ti. Naz illa bona tali eccl̄ie iō data sunt vt offerant pces ⁊ sacrificia ꝓ ipis q̄ dederūt ⁊ ex residuo alank paupes. Ad qō facit verbuz Piero. dicēris. Tibi o sacerdos de altario viuere: nō luxuriari pmittit. di. xliij. §. j. Et q̄ hoc nō facit infideliter agit. Scōo rōne sacrilegij: q: defraudāt totam eccl̄iam quā suis pcib⁹ ⁊ officijs iuuare debēt ⁊ ei pdesse. Vñ Alex. papa. Ipsi sacerdotes ꝓ populo interpellant ⁊ pctā populi comedūt: q: pcib⁹ suis ea delēt. ſ. q. ſ. ipsi. Ter tio rōne odij: q: puocant irā dei cōtra populū. Bre. Cū is qui displicet ad intercedēdum mittit. irati animus ꝓcul dubio ad deteriora puocak. di. xlix. §. ſ. Cō veruz est qñ populus est causa malicie sacerdotis. Sed quid si facit seruitiū eccl̄ie: sed in mor tali perseuerat. Rñ. Nō videk teneri de fructibus. ⁊ rō est: q: mali ministri orationes com munes vt officia misse ꝓsunt viuis ⁊ defunctis fm Tho. in. iiij. Sed q̄d de horis omissis: nunq̄d tenek restaurare totū. Rñ. fm Archi. ex eq̄tate deberet sibi miūgi in pnia. si posset sed tñ nō est necessariū: sed in hoc pnia est arbitra ria: sicut i alijs. Et idem sentire videtur Pe. de pal. in. iiij. Cū sit fienda restitutio. Caplin. iij.

voluptuose cōsumens tenetur ad restōnez

de horis omissis.

Quantuz ad tertium

principale. ſ. vbi fienda sit restitutio. Circa hoc distinguēdum: q: aut ꝑsona cui fieda est restō scitur: aut inq̄rēdo sciri pōt: aut oīno ignorak. Si aūt scik vel inquirēdo inueniri pōt ipse vel eius heres ipo mor tuo in loco vbi facta est rapina: vsura vel dānum: fi vterq̄ ibi est vel vbicūq̄ adinuicē cōueniunt credito⁹ ⁊ debito⁹. Si aūt alter est absens a loco vbi facta est vsurpatio vel dāni ficatio: mittek expēsis eius q̄ se absentauit de loco. Si igi tur is cui faciēda est restitutio est absens: puta q: mutauit domiciliū mittet sibi rē ablatā seu pecuniā ipse q̄ abstulit expēsis illius cui hz restituere. Si vo se absentauit a dicto loco is qui rē vsurpauit: suis ppris expēsis trālmittet rē vel pecuniā fm Hosti. ⁊ Jo. an. Et hoc ꝓ talē modū q̄ nō detegak pctm̄ si pctm̄ est occultū. ar. ij. q. ſ. si peccauerit. vl etiā pōt creditor i significari. pcipue qñ est multuz remot⁹ a debitore occulte vl manifeste fm q̄ expedit: ⁊ fm q̄ cre ditor ordinat vel de mittēda illa re: vel reseruāda vel ali cui dāda. sic agat debitor ⁊ liber erit. Si aūt suo ppio mo tu rē illā destinaret seu pecuniā debitor: ⁊ in via piret vel auferrek sibi periret. ⁊ adhuc teneret ad satisfactiōem fm Jo. in glo. Vel etiā si sperak cito vēturus ad locum pōt rē sibi ſuare. ⁊ ꝺz Tho. ⁊ Hoſt. ⁊ Jo. an. i edē sacrā deponere vel alio tuto loco. Aut si res ē parui valoris: ⁊ credito⁹ mk tū distās ⁊ abūdās pōt fm Guil. ꝓ aīa ei⁹ paupib⁹ eroga ri. Si ignorator nec ꝙuirēdo inueniri pōt cui restō fieri dz tūc erogāda est res ablata vel pciū eius paupibus pro aīa illius in loco illo vbi facta est rapina: vsura vel dānuz vel in loco in quo ihabitat is cui fieda est restitutio: ⁊ hoc ideo: q: melꝰ est q̄ vicini sentiant cōmodū inde q̄ extra neī. Tū etiā q: verisimilius est ibi repiri dānū passum vel heredem eius. Ita notat Hoſt. Jo. an. ⁊ Jo. de lig. vel fiat saltē hec erogatio ad arbitriū diocesani vbi factū est dā num vel rapina fm Ray. Si tñ nō cōmode fieri posset in dicto loco cū ad hoc nō sit necessariū pōt tūc ⁊ dz alibi fie ri fm Guil. Sed ⁊. b. Tho. in hmōi casu nihil dicit de lo co determinato: sed q̄ pro aīa illius cuius res erat: dz pau peribus erogari. Unde ⁊ magister Hugo peritus in vtro q̄ iure ⁊ frater Clarus dicebant q̄ cum pauperes sint et vnum membrum in corpore ecclesie; nec ab hac vnitate se

questrenk ꝓpter locoꝝ distantiã: sufficit si restitutio incertoꝝ dek quibuscũq; pauperib⁹ etiã alteri⁹ ꝓincie q̃ vbi facta est rapina vel dãnũ ⁊ maxime q̃ sunt magis pauperes xp̃i ⁊ vtilioꝛes ecclie dei ⁊ saluti animarũ. Et ex b̃ apparet q̃ locꝰ nõ est de necessitate restõnis: sed de cõgruentia. Idẽ tenet ffrede. de senis. c. xxxij. opis sui. Usure tñ in certe extorte ꝓ vsurarios manifestos qũo debeãt restitui in quo loco ⁊ ꝓ quẽ diocesanũ habes. s̃. ti. j.

§. I. Quauis quod habeã

in isto. §. nõ ꝓtineat ad vbi: sed magis ad q̃d: tñ hic notabik. Querik vtrũ fideiussoꝛ possit repetere a debitoꝛe vsuras quas ꝓ eo soluit creditoꝛi penes quẽ ꝓ ipso debitoꝛe intercessit. Ad qõ respõdet dñs Lau. de ri. q̃ Jo. an. in questionib⁹ mercurialib⁹ sup regula. dãnuz. de reg. iu. lib. vj. hanc qõnem explanat notabiliter: ⁊ ex ei⁹ dictis elicit. xj. ꝯclusiones. Quarũ ꝓma est talis. Nõ recipit fideiussoꝛ a debitoꝛe obligationẽ sciente ⁊ ꝺicẽte vsuras debitoꝛi suo solutas: nec etiã sortẽ: nec q̃d aliud inutilr ipensum. Plus enim est ꝺicere q̃ non ꝓsentire. ex̃ de simo. c. sicut tuis. Scõa cõclusio est nõ repetit a debitoꝛe sciẽte ⁊ patiente sed nõ mãdante obligationẽ fideiussoꝛi vsuras vel indebitũ solutas vl solutũ creditoꝛi ⁊ sibi iputet q̃ se obtulit. ex̃ de reg. iur. bona fides. li. vj. Repetit tamẽ sortem ⁊ indebitũ qõ soluit. Tertia ꝯclusio est nõ repetit a debitoꝛe sciẽte ⁊ mãdãte ipm obligari ꝓ sorte tñ fideiussoꝛi soluẽs vsuras: tũ q; fines mandati excessit: tũ q; ad illas obligat⁹ nõ erat. Quarta ꝯclo est nõ repetit a debitoꝛe fideiussoꝛ vsuras sciẽte et mãdãte ipm in oẽm casum vel simplr obligari siue fideiubere. ptz q; in gñali mãdato nõ inclusit indebitũ. de quo verisimiliter in specie nõ mandasset. de reg. iu. in generali. lib. vj. Quinta conclusio est repetit a debitoꝛe sciente ⁊ mandante ipm ꝓ vsuris cuz sub noie sortis inclusit eas vt est moꝛis obligari seu fideiubere: ipse fideiussoꝛ vsuras. qm̃ iuste credere potuit illã sortẽ totũ debitũ. nec ꝓsumere debuit illud indebitus sub nomie sortis ꝓmittere. ex̃ de ꝓsump. q; verisimile.

Sexta conclusio est repetit a debitoꝛe sciẽte et mandãte noiatim ꝓ vsuris fideiubere fideiussoꝛ creditoꝛi solutas si iurauit illas soluere. ⁊ ista est cõis opinio. ex̃ de fideiussoꝛi. c. ij. Et istam opinionẽ approbat Jo. an. hz tñ fideiussoꝛ optionẽ soluẽdi vel absolutionẽ petẽdi sicut habet debitoꝛ. Septima conclusio est repetit a debitoꝛe etiã nominatim mandante ꝓ vsuris fideiuberi ipse fideiussoꝛ vsuras creditoꝛi solutas etiam si non iurauit creditoꝛi illas soluere si ipi fideiussoꝛi debitoꝛ indẽnitatẽ iurauit dũ aks ꝓpter pignoꝛa data vel aliã cãm debitoꝛi fuerit expediens vsuras solui. ex̃ de fideiusso. ca. peruenit. Octaua cõclusio est nõ repetit a debitoꝛe sciẽte ⁊ mãdãte noiatim ꝓ vsuris fideiuberi ipe fideiussoꝛi creditoꝛi spõte solutas si nõ iurauit creditoꝛi illas soluere. nec debitoꝛ iurauit fideiussoꝛi indẽnitatẽ: nec expediebat creditoꝛi ꝓpt pignora data vel aliam cãm ipsas vsuras solui. ⁊ b̃ de iure fori. Sed opinio theologoꝝ q̃ ꝑm Jo. an. multũ fauet equitati est. q̃ vigeak debitoꝛ ad soluendũ in foꝛo conscietie. ex̃ de reg. iur. scieti. lib. vj. Nona cõclusio est nõ repetit a debitoꝛe sciẽte ⁊ mãdãte noiatim ꝓ vsuris fideiuberi ipe fideiussoꝛ vsuras ipsi creditoꝛi coacte solutas si nõ iurauerit creditoꝛi illas soluere: nec iurauit fideiussoꝛi indẽnitatẽ: nec expediebat creditoꝛi ꝓpter pignoꝛa data vel aliaz cãm vsuras solui si fuit ipe fideiussoꝛ in culpa. vt q; nõ excepit. secꝰ si nõ fuit in culpa. Decima cõclusio est. q̃ in oi casu quo põt a debitoꝛe fideiussoꝛ vsuras repetere debet intelligi si nõ interuenit fraus ꝑsone ad ꝑsonã ꝓstituẽtis ob hoc fideiussoꝛẽ. de ꝓuileg. c. quãto. Undecima ꝯclusio est q̃ in omni casu quo fideiussoꝛ a debitoꝛe vsuras repetere potest poterit illas repetere a creditoꝛe cui soluit. ff. manda. l. si fideiussoꝛ. §. in omnibus.

¶ Per quos debet fieri restitutio. Caplm. iij.

Quantũ ad quartum

Dispẽsatio incertoꝝ.

scz q̃s dz fieri restitutio. pmo dicẽdũ de incertis: postea de certis. Querik q̃ vtrũ dispensatio incertoꝝ debeat fieri ꝑ eũ q̃ hz restituere vl aliũ cui cõmiserit aut solũ ꝓ diocesanũ. Rñdio circa b̃ lũt varie opi. ⁊ ẽie. Hosti. sup. c. cũ tu. ex̃ de vsu. ⁊ in. c. cũ fit. ex̃ de iudeis. ⁊ i summa sua. de pe. §. fi. iuxt̃ fi. tz q̃ vn⁹ de casib⁹ ꝓtinẽtib⁹ ad epm est restitutio male ablatoꝝ incertoꝝ. Quod etiã tz Jo. an. de pe. ⁊ re. c. fi eps. li. vj. in glo. ⁊ de reg. iur. pctm. li. vj. Ad qõ videk facere qõ hr. xij. q. j. ꝑcipim⁹. Adducit etiã aliquos q̃ tenẽt hãc rõnẽ. Cũ hmõi bona incerta sint ꝑ aiabus eoꝝ quoꝝ fuerũt fidek dispẽsanda: acp ꝓs eoꝝ sint ad diuinũ cultũ ⁊ subuẽtionẽ pauperꝝ ordinata solus aũt ecclĩasticus ꝓlatus sit rector ⁊ moderator diuini cult⁹ ⁊ pr̃ pauperũ: ⁊ dispẽsator rerũ diuino cultui ordinataꝝ. vt ꝑz. lxxxvij. di. c. diuine. ⁊ in mulr̃ aliꝭ ca. Jõ ꝑm iudiciũ ei⁹ incerta debita ꝑ eũ dispẽsanda sunt. Archi. aũt in q̃dã. q. disputata ꝑ eum i rosario. xiij. q. v. nõ sane, tenet ꝯriũ. Et dicit sniam Host. s. circa hoc sup: adictã esse verã in casu vbi nullus deputat⁹ est a testatoꝛe qui b̃ exequat. vt. xij. q. ij. de laicis. vbi vo certa ꝑsona deputata ẽ a testatoꝛe illa ꝑsona dz exeq̃ vt in p̃dicto. c. de laicis. ⁊ ex̃ de testa. c. tua nobis. imo credo q̃ ipe raptoꝛ incerta q̃ debẽt paupib⁹ erogari: põt ipa paupib⁹ erogare absq; licẽtia ⁊ aucte epi vel alteri⁹ iudicis ecclĩastici: vt sax̃ colligit ex̃ de vsur. c. cũ tu. Et hoc etiã innuit clare glo. ex̃ de ho. c. sicut dignũ. §. eos. Nec ob. illa decre. ex̃ de iudeis. cũ sit. ꝑ quã ꝑbat Hosti. suã opi. nã illa decre. loquit̃ de iudeo nõ de xp̃iano cui⁹ actus vel dispẽsatio merito habek suspecta ab eccl̃ia quoad xp̃ianos. Ideo iuste: ⁊ bñ dicit ibi ꝑm ꝑ uidentiã diocesani: que suspitio cessat in xp̃iano: ⁊ ficnõ dubito q̃ epi nõ hz se intromittere de talib⁹. Hec Archi. Jo. de lig. idẽ sentit ⁊ adducit hãc rationẽ. Qui indebitũ extoꝛsit obligat⁹ est ex maleficio vel q̃si illis quib⁹ extoꝛsit si extãt aks pauperib⁹. Et regula hz q̃ debitoꝛ põt per solutionẽ se liberare. insti. qui. mo. tol. obl. ꝑ totũ. Tu q̃ dicis ꝓtrariũ da mihi casum expꝛessum ꝓtra regulã. Nec est verũ q̃ sit in dicto. c. cũ sit. quia nõ loquit̃ in xp̃iano hz in iudeo: vt dixit Archi. Hanc opinionẽ sequunt̃ Paulus et Be. in clemẽ. s. de ꝓuil̃. hoc etiam cõsuluerũt Job. cal. ⁊ Rucuperus. Sed ⁊ dñs Hugo vtriusq; iuris peritus: et frater Clar⁹. vt habek in quadã summula. cõcoꝛdauerũt in hoc q̃ nullũ ius expꝛessuz hoc dicit: nec in decretis nec alubi nisi q̃ eps est ꝓcurator pauperũ. Illud vo adaptatur q̃ põt ꝓcurare de suo ꝓꝓio si hz vel de bonis eccl̃ie: ideſt fructib⁹: vel aliꝭ modis. Sed q; sacerdotes simplices sunt imperiti ꝑ maioꝛi ꝑte. epi vo reputank sufficientes: hinc inoleuit q̃ hmõi restõnes remittatur ad episcopos. Uñ si ꝓfesso: ꝓtius fit ⁊ sciat in b̃ sufficiẽter cõsulere: nõ est necesse remittere ad epos. hec ibi. Hui⁹ etiã snie est Jo. mo. hoc etiã innuit Jnno. ex̃ de imu. eccle. c. q; plerique. ar. xxiij. q. iij. c. fi q̃s romipetas. Ad rõnẽ aũt supius inducta ꝓ alia opinione posset respõderi q̃ q̃uis epi ⁊ ꝓlati sint dispensatoꝛes reruz datarũ eccl̃esijs: non tñ sequit q̃ sint dispensatoꝛes oim q̃ ꝑm deũ sunt in diuinũ cultũ ⁊ in pauperes eroganda: sed solũ in diuinũ cultũ iam ordinata vt redditus eccl̃efiarũ ⁊ hmõi. Nam si essent dispensatoꝛes erogandoꝝ oim ꝑm hoc essent dispẽsatoꝛes omniũ supfluoꝝ q̃ diuites ex diuino ꝓcepto deberẽt paupib⁹ erogare qõ a nullo ꝓcedit̃. Sz ⁊ be. Tho. ij. ij. q. lxij. dicit q̃ si ille cui fieri dz restitutio oino ignoꝛ est dz restitui ei ficut põt. s. dãdo in elemosynas ꝓ salute ei⁹ siue fit moꝛtuus siue viuus: ꝓmissa tñ diligenti inquisitiõe ei⁹. Et de auꝛitate epi nihil dicit. Sco. in. iiij. dis. xv. dicit. si q̃s per cuius manus debeãt talia. s. incerta dispensari. Respõ. q̃ nõ inuenio q̃s necessario sit determinat⁹ mediatoꝛ in ista pauperib⁹ dispensanda. videk aũt mihi q̃ ꝑ se ipm: cõsilio tñ boni viri põt pauperib⁹ erogare hec. q; tali mediatoꝛi

Ad sacerdotes pertinet cura animarum.

ad dispẽsandũ tribui posset de cui⁹ fidelitate ꝑsumeret. ⁊ ñ sibi appꝛoꝑaret vel in alios vsus ꝙuerteret ꝙ deberet. Vñ vbi lex diuina vel ecclĩastica nõ ligat: sequẽda est rõ naturalis. Illa aũt dictat ꝙ q̃ tenek restituere magis ḣoc faciat ꝑ se ꝙ ꝑ alios. nõ excludẽdo tñ ꝑ ḣoc ꝓfiliũ boni viri: sed includẽdo. hec scotus. Quidã alij faciũt circa b̃ distinctionẽ vt videlz quãtũ eoꝝ in q̃b⁹ cõpetit repetitio. vt furto. rapina. vsura. fraude. ⁊ ḣmõi dispẽsatio incertoꝝ ptineat ad epm: sz alioꝝ vbi nõ competit repetitio: ⁊ si erogatio fiẽda fit paupib⁹ vt i ludo iniuste acceptis a iudice ꝑ iudicando. vel a teste ꝑ testimonio meretricio ⁊ ḣmõi q̃libet ꝑ se põt dispẽsare: vl̃ de ꝓfilio ꝓfessoꝝis. Ego credo sniaz ⁊ opinionẽ arcb̃. ⁊ seq̃ntiũ oino verã ⁊ simpl̃r excepto vno casu. videlz in cerꝝ publicoꝝ vsurarioꝝ quez casuz nõ dubito oẽs alios excepisse intẽdere. q: ibi exꝑsse ⁊ clare ius ꝓuidit: vt. s. ꝑ dispẽsationẽ dioceſani talia icerta determinent ⁊ dispẽsent. vt ex de vsur. c̃ c̃. li. vj. vbi tradit forma de ḣmõi. de q̃ ḣabes. s. tit. j. c. ix. In b̃ q̃ casu tñ põt intelligi qõ õ: per tertiã opinionẽ. s. in vsuris publicis incert. Et si q̃rit vtrũ eps possit ꝑ sua synodalia b̃ statuere. vt scz sibi retineat dispẽsationẽ incertoꝝ ⁊ alius nõ possit se intromittere. Dicit in b̃ casu Jo. de lig. sup. c. cuz sit. de vsuris. ꝙ q̃cq̃d dicat Jo. an. dubiũ est an possit. Et Jo. cal. in quodã ꝓfilio suo dicit exꝑsse ꝙ nõ põt. Hugo ⁊ frater Clarus dicũt ꝙ nõ põt eps de iure excõicare sacerdotes q̃ se intromittũt de dispẽsatiõe incertoꝝ.

§. I. Quantũ ad secundũ

scz ꝑ quos dz fieri restitutio certoꝝ. Ad qõ respõdek ꝙ ꝑ eũ q̃ abstulit seu recepit vsuras ⁊ male ablata. potest etiã ꝑ aliã ꝑsonã quãcũq̃ facere. In ḣoc em̃ vera est regula iuris. Qui ꝑ aliũ facit ꝓinde est ac si ꝑ se facere videatur. de regulis iuris. in. vj. si tñ vitiũ vsure vel furti vel alteri⁹ dãni est occultũ: ⁊ restitutio occulto modo ꝑ se vel ꝑ aliũ fienda est vt nõ detegak persona. ar. ij. q. j. c. si peccauerit. Caueat etiam diligẽter ꝙ cũ ꝑ alĩuz facit: ita faciat caute q̃ is recipiat cui dz ⁊ nõ ille sibi retineat. q: nõ esset ꝓpter ḣoc liberatus. nec ꝓfidat de ꝓdicatoꝝib⁹ ⁊ confessoꝝibus ⁊ q̃stuarijs q̃ q̃runt pecunias nõ aiarũ saluteꝫ. Et si is q̃ rapinã vel vsurã vl̃ fraudẽ fecit nõ restituit cũ ḣeres teneatur ad oĩa onera defuncti inquãtũ sufficiat ḣereditas teneꝫ ⁊ ipe facere dictã restitutionẽ. ex̃ de vsuris. c. michael. Et eadẽ rõne ḣeres ḣeredis ⁊ sic in infinitiũ cũ scĩt ab eis ḣereditas obligata ad restõnẽ ꝓpter vsuras ⁊ rapinas ⁊ dãna a ꝓioꝝibus facta. Et vbi nõ sufficeret ḣereditas ad satisfaciendũ tenenk legatarij et donatarij: q: legari non põt nec donari alienũ. Nec excusarenk ḣeredes scientes vel dubitãtes vel merito dubitare debẽtes ex publica fama vel scripturis vel ex fideli relatu testatoꝛẽ illicitos cõtractus fecisse vel vsurarios ex b̃ q̃ nullus ponit querelã sup̃ b̃. vel postulat aliq̃d ab eis vt debitũ: sed dñt diligenter inq̃rere veritatẽ quãtũ ꝑt. Et si inueniũt sic eẽ notificẽt vel notificari faciãt illis q̃b⁹ dñt: se offerẽtes ad restõnem. Et si nõ inuenirenk aliq̃: paupib⁹ est erogandũ: alĩs eẽt in eis ignoꝛãtia crassa q̃ nõ excusat. dist. xxxvij. §. fi. Et q̃uis defunct⁹ nõ ꝑsit dicta restõ si decesserũt impenitentes: ꝑdest tñ imo necessaria est ipsis ḣeredib⁹ si volũt saluari: q: nõ dimittit ꝑctm̃ nisi restituak ablatũ. de reg. iur. li. vj. Si aũt licitã artẽ exercebat. vl̃ patrimonialia tñ ḣabebat testatoꝛ. nec apparet ex fama vl̃ scripturis de illicitis ꝓtib⁹ seu alieno ꝑsumere debẽt eũ iuste acq̃siuisse: q: nemo iudicãdus est inemoꝛ sue saluꝫ ꝓꝛie ⁊ diuini timoris. s. q. vij. sancim⁹. ⁊ ꝑcipue in moꝛt̃ articulo. Itẽ nota qõ dicit Hosti. in sum. ti. de vsuris: ꝙ si aliqua ḣonesta ꝑsona puta sacerdos vel eps tractet inter debitoꝛẽ ⁊ creditoꝛẽ de satisfaciẽdo. ⁊ dicat creditoꝛi talis mediator: tãtuz faciã vbi reddi si ex coꝛde residuũ dimittas non decipias me q: mediatoꝛ sum. nec debitoꝛẽ cui⁹ aie saluteꝫ q̃ro. ⁊ creditoꝛ ñdet se ex toto coꝛde liberare ipm̃ debitoꝛẽ. q̃re nõ dicam ipm̃ liberatũ nõ video: nec curo qualitercũq̃ fit satisfactũ dũmodo sit ei satisfactũ. Si q̃ moueank in ꝓximum ḣoc faciunt in odium vsurarioꝝ. Si quis em̃ ex alia cã alij iniuriek equidẽ ḣoc admittit q̃libz theologus ꝙ cõcoꝛdia iter partes possit tractari: et ꝑs ei⁹ qõ deberek ex pacto remitti alĩs titul⁹ de trãsactiõibus inutilis esset. Et q̃re nõ idẽ de vsura. Dicendũ ergo ⁊ tenendũ ꝙ ꝑcibus possit vel iussu iudicis vel pactione partiũ remissio fieri: ⁊ sic dicaz vsurariũ absolutũ. hec Host. Que q̃dẽ intelligo vera esse in foꝛo cõtẽtioso: nõ in foꝛo cõscie. vel etiã i foꝛo cõscie quãtũ ad ea q̃ dubia essent vtrũ deberẽt dari an non: q: rõnes sunt ad vtrãq̃ partẽ: vl̃ cũ dubiũ est quãtũ debeat satisfieri ꝑ aliquo dãno dato. Et ad hoc faciũt rõnes q̃s inducit ipe Host. Sed vbi certũ ⁊ clarũ est debitũ ⁊ rõne vsurarũ vel alterius vsurpatiõis nisi creditoꝛ liberaliter remittat illud qõ remittit: etiã si de mille decẽ tm̃ remitteret: si ḣoc facit q: putat se aliter non posse restituuz ḣabere nil valet illa remissio facta ex publico pacto quoad aiam. Vñ cum mercatoꝛ infoꝛtunia passus fallit: ⁊ occultãs multa ex bonis suis mobilibus vt nõ perueniant ad manus creditoꝝ q̃rit cõpositionẽ cũ eis de ininoꝛi quãtitate ꝙ debeat: puta ꝓmittit rñdere singulis creditoꝛibus ad rõnem. xv. soli doꝛum ꝑ libꝛa cũ tamẽ posset totũ dare vel cedere bonis cui cõpositioni assentiunt creditoꝛes: ⁊ ita recipiẽtes liberant eũ de residuo: cũ illi non ſpõte sed coacte fecerint illaz remissionem volẽtes potius illa parte carere ꝙ toto: q̃nimmo ⁊ si cederet bonis totaliter nil sibi reseruando ⁊ non sufficiunt bona illa ad satisfaciẽdum si postea puenerit ad pinguioꝛez foꝛtunã tenek de residuo. ex̃ de solu. c. odoardus.

§. II. De damnis datis ad

inuicẽ inter ciuitates tpe guerre qũo ⁊ ꝑ quos possit fieri remissio q̃ faciũt pacem cũ certis pactis ⁊ capitulis. Nota ꝙ in quadã summula dicit sic. ꝙ q̃uis sint multi pupilli ⁊ absentes qui nõ assentiũt: ⁊ foꝛte etiã aliqui ꝓtradicũt ex ꝙuectis: q: receperũt dãna iniuste nec eis est satisfactũ nihilominus tãtũ est bonũ pacis ꝙ qui ḣabẽt rẽpublicaz gerere possunt cum cõsensu maioꝛis partis subiectoꝝ sibi pactis pacis subdere licite ⁊ relaxare inuicẽ damna data. Et si fiat relaxatio ꝓdicta tenet ⁊ valet. Nam ⁊ ḣoc modo possunt ꝑ bono reipublice sibi tallias imponere ⁊ ḣmõi. quas gabellas vocãt. De bonis vo clericoꝝ ⁊ religioſoꝝ nõ possunt relaxatiõez facere laici: q: nõ sunt eoꝝ foꝛo subditi: nec de bonis eccleſiaſticis ꝓmittit aliqua dispositio eis: vt di. xcvj. bene. possunt tñ ḣoc facere ꝓlati spũales terrarum adinuicẽ de cõsensu ⁊ cõueniẽtia clericoꝝ ⁊ religioſoꝝ qui damna receperũt in guerra. Hãc aũt relaxationem quoad laicos vel clericos intelligas de dãnis datis de rebus cõsumptis. Nam res extãtes vt equos: pannos ⁊ ḣmõi qui ḣabẽt ⁊ sciũt sua nõ esse: vtputa q: belluz iniustum fuit ex parte suoꝝ: vel si iustum ab ḣis acceperunt a quibus nõ poterãt: ipsa tenere nõ possunt. Unde si dños ꝓꝛios inuenire possunt: eis reddere tenẽtur. alĩs si nõ inueniunt paupibus erogare. Idem videk dicẽdum si de iusticia belli dubitak. Namꝫ vbi clare bellũ iustum est res accepte efficiũtur capiẽtium. di. ſ. ius militare. q̃ tamẽ debẽt inter eos ꝓꝓtionaliter distribui ꝑ duces belli: vt. xxiij. q. v. dicat. nisi ꝑ publicum edictum datum sit vnicuiq̃ qõ capit. Pauperũ aũt ⁊ innocẽtum nõ videk tutũ bona auferre cum fine culpa nisi subsit causa nõ sit aliquis puniẽdus. de reg. iur. lib. vj. pena tamẽ tẽpoꝛali, frequẽter puniꝫ tur vnus ꝓ altero diuersis de causis: vt. j. q. iij. ꝑ totuz.

§. III. De tutoꝛibus et cu-

ratoꝛibus negocioꝝ alioꝝ gestoꝛibus filiſſamiĺ. ⁊ ḣmõi. q̃ exto: serunt vel fecerũt rapinas: fraudes ⁊ dãna noie alieno. s. ꝑ pupillis: patronis vel ꝓbus suis: nil tñ eoꝝ pueꝛnit ad eos; sz ad pupillos; dños patronos; vel patres eoꝝ

De exto: tis reb⁹ ab alĩs.

querik vtrū p eos debeat ⁊ possit fieri restitutio ipsis pupillis.dñis vel patribus.vel nescientibus inuitis de bonis eoꝝ ad quos puenerūt taliter extorta.¶Rñ. Quidā dicūt indistincte ꝙ sic in foro ꝓscientie dūmodo nō imminеat inde periculū vite:ꝓscientie vel fame si dephederent aut scādalū sequak.puta qꝝ aliqs credik esse furatus illa q̄ innocēs est ⁊ hmōi.Tales vt dicūt illi non cōmittūt furtū occulte illa accipiētes.cū pecunia fenebris vel p rapinas vel fraudes habita nō fit eoꝝ.Et rō est.qꝝ cū efficacem cām pdictoꝝ.s. tutoꝝ curatoꝝ ⁊ hmōi.⁊ p intermediū illoꝝ tale iniustum lucrū deuenerit ad manus pupilloꝝ patronoꝝ vel patrū ⁊ ad restōnem sint obligati isti mediatores:iustū eē videk vt q̄ cā illoꝝ iniuste ablata sunt nūc iuste licētiam habeāt ea satisfacere ne ipsi de ꝓximo satisfacere teneank.ar. ad b̄ ex de regu.iur.ois res. vbi dicit Lhrysb. Dis res p quascūq causas nascik p easdē dissoluik. Propterea ad hoc agēdum pdicti tenenk ⁊ in b̄ gerūt vtilē curā sui ⁊ eoꝝ q̄ iniuste detinēt aliena. Alij aūt pfectius ⁊ eque rndent p distinctionē videlz:qꝝ aut tales adhuc hnt in manibus administrationē rerū illoꝝ aut nō. In primo casu pnt ⁊ debēt restituere de bonis illoꝝ ad qs puenit lucrū qd hnt in manibus si nolūt remanere ipsi obligati ad satisfaciēdū de suo ⁊ b̄ siue occulte siue manifeste.⁊ cū sufficiēti cautela ꝙ nō possint postea ab eis repeti. Et ad b̄ videt facere rō pme opinionis cū regula illa.ois. Si aūt nō hnt amplius administrationē tūc subdistinguēdū.qꝝ aut pdicti tutores.curatores ⁊ hmōi.nō pnt illa restituere de suo.puta qꝝ pauper aut possunt.Et si nō pnt sufficit ꝙ denūcient pncipalibus s.ꝓ q̄bus fecerūt vsuras ⁊ hmōi.si ignorāt qūo p eis fecerūt talia illicita lucra q̄ ad eos deuenerūt.vñ ⁊ obligati sunt ad restōnem.Et si nō satisfaciāt ipsi pncipales. habeant ꝓpositū satisfaciēdi de suo cū poterunt.Ad accipiēdū aūt occulte a pdictis ad b̄ nō tenenk nec debēt.et rō est qꝝ quoad se excusati sunt a restōne rōne ipotētie.vt.xiiij.q.vj si res.Quoad illos ꝓ q̄bus fecerūt vsuras vel fraudes auferēdo ab eis occulte.p hoc nō ꝓuidek saluti eoꝝ cū remaneant obligati in cōsciētia ex quo sciūt talia forte facta nec velint satisfacere.⁊ sic nō dissoluik pctm̄ vel obligatio quoad estimationē eoꝝ. Sed nec pōt qs a priuata ꝓsona cogi ad restōnem male ablatoꝝ nisi p iudicē ecclīasticum vel ciuilē.nec videt bn posse excusari a furto cū cōtractet rem alienaz inuito dño cū in vsura trālferak dñium.p hoc etiā se exponit pluribus piculis.Si aūt tales mediatores de q̄bus dictū est pnt restituere cū illi ad quos extorta peruenerūt nolūt restituere q̄ pncipaliter obligank: pnt petere humiliter nō p coactionē vel fraudē a creditoribꝰ vsurarum ⁊ fraudū remissionē.cū penes eos nō remāserit pecunia fenebris.⁊ illi q̄ eā habuerūt remaneāt pncipaliter obligati q̄ remissione obtēta libere ⁊ spōte amplius nō tenebunk.sed tm̄ pncipales nisi ⁊ eis fieret remissio. Dō si remissionē facere nō vellēt tenētur de suo satisfacere. ⁊ tunc vsq; ad quantitatē solutā p illis poterūt occulte recipe de bonis eoꝝ.si aliꝰ pviā iudicij retrahere nō pnt.ita tm̄ q̄ nō sequak scādalū vel piculum.q̄ semp vitāda sunt. Ubi aūt mediator talis sic satisfecit dz p aliquē modū cautū declarare illi q̄ sciebat se obligatū ad illa nō amplius teneri.vt puta si dicat se nō curare ab eo illa recipe quasi ac si donasset.vel declarare suis heredibꝰ q̄ nō recipiāt a tali psona aliquid vt debitū ꝓ tali cā ⁊ hmōi. Bona em̄ fides non patitur vt semel exactum iterum exigak.de reg.iur.lib.vj. ¶Cui fienda sit restitutio. Laplin.v.

Quantū ad quintum

Tertio alĩ murmurát ꝺ deũ de aeris intẽperie. vt cũ est multa siccitas vel cũ est nímia inundantia aquarũ. vel cũ ẽ intẽsus calor: vel frigus ꝓdurãs. ⁊ hmõi. quasi de⁹ nõ bene disponat ista. Sed iniuste murmuratur Nam vt ait Sap̃. viij. Sapiẽtia dei disponit oia suauiter. Sz q; nõ agit vm velle nostrũ ideo murmuram⁹: quasi si mus sapiẽtiores deo: ⁊ velimus eũ instruere quõ debeat mundũ gubernare. Exẽplũ legit in vitaspatrũ de quodã sancto patre q̃ nunq̃ in horto poterat habere herbas vel fructus bonos: q; sepe murmurabat de aeris intẽperie: accedẽs aũt ad quẽdã aliũ heremitã inuenit eũ pulchrum hortũ habere: ⁊ holeribus ⁊ fructibus repletũ. Interrogauit quõ ei hoc acciderit ⁊ quid faceret. Rñdit ꝙ colebat ⁊ serebat: ⁊ residuũ deo cõmittebat: nõ postulãs pluuiã vel serenũ: sed deo dimittẽs totũ. ex quo exẽplo compunctus sic ⁊ ipse fecit: ⁊ postea ipse bonũ hortũ habuit.

Pena murmurantiuꝫ.

§.IIII. Tertium principale

scz penã quã deus infert ꝓ vitio murmurationis. ostẽdit ps̃. dicens. Leuauit. ſ. deus manũ suã sup eos. ſ. ad ꝓsternendũ in deserto diuersis mortibus. Unde dixit deꝰ Nume. xiiij. Oẽs q̃ murmurati estis in deserto a. xx. annis et supra: ⁊ murmurastis cõtra me nõ intrabitis in terrã supquã leuaui manũ meã vt habitare vos facerem in ea preter caleph ⁊ iosue. Et sic ꝓpter pctm̃ murmurationis qõ fecerunt ꝺtra deũ quasi no posset eos introducere in terram ꝓmissionis: postq̃ reuersi sunt exploratores terre illius dicentes illã patriã fortissimã ⁊ inexpugnabilẽ. vñ ⁊ volebãt sibi ducẽ facere ad reuertẽdũ in egyptũ: illa quadraginta milia virorꝝ q̃ numerati sunt nullus eorꝝ introiuit: sed mortui sunt diuersis tẽporibus i deserto: exceptis illis duobus caleph ⁊ iosue qui nõ murmurauerãt. ⁊ hoc etiã figurat ꝙ murmuratores nõ valent intrare in regnũ celorũ figuratũ ꝑ terrã illam: qõ ⁊ Greg. dicit in homelia. scz ꝙ nullus q̃ murmurat in regnũ celorũ intrare põt: qõ verũ est qñ est mortale. ſ. cũ odio dei vel hominũ vel tãta displicentia ꝙ decidat a charitate dei vel ꝓximi: vel cum ex locutione murmuris sequit notabile scandalũ alijs: et sicut tale vitiũ excludit a regno: ita cõsequẽter inducit ad eternũ interitus. Vñ in epla iude dicit. Ecce venit dñs in sanctis milibus suis facere iudiciũ cõtra oẽs ⁊ arguere oẽs impios de oibus opibus impietatis eorꝝ quib⁹ impie egerunt ⁊ de oibus duris q̃ locuti sunt contra deũ. Ibi sunt murmuratores et queruloſi ꝝm desideria sua. et hec ẏba dicunt ibi esse enoch. Sed i vita ista aliqñ punit de⁹ istos murmuratores. Vñ legit in vitaspatrũ ꝙ cũ quidã frater audiret frequenter confratres suos religiosos habere varias ꝓsolationes ⁊ dulcedines de diuinis in oronibus ⁊ meditationibus suis: ⁊ ipse nihil tale experiretur: sed aridũ ⁊ insipidũ se sentiret ⁊ tedioſum: quadã vice de nocte accessit ad ecclesiam ⁊ ante imaginẽ crucifixi stans cepit fortiter murmurare et conqueri in hec verba ꝓrumpens. Dñe si ego seruissem alicui terreno dño tanto tempore quãto seruiui tibi in hac religione: ⁊ tantũ laboraui ꝑ amore tuo: impossibile esset q̃n aliqua vice ostendisset mihi aliqõ signum amoris ⁊ affectionis: ⁊ letã faciẽ exhibuisset: ⁊ aliqõ donũ vel gratiã impartiret. Ecce tot annis seruiui tibi q̃ dicer̃is liberalissim⁹ et pissimus ꝓdicaris: ⁊ nunq̃ dedisti mihi vnã paruã cõsolationẽ. Alijs tot ꝓcedis qõ sepe audio. mihi aũt es ita crudus ⁊ quare dñe tanta duricia erga me. Nũq̃d ⁊ ego nõ seruio tibi. Cunq; hec ⁊ similia loqueret: ecce sensit se subito vecte retro pcussum: ex quo ictu cecidit in terrã q̃si mortuus. Aduenientibus fratrib⁹ aliqbus ⁊ nescientibus casum ipsum: nec loqui valentẽ ad infirmariã deportauerũt vbi loquela ⁊ vires aliquãtulũ recuperãs ꝑ aliquos dies mãsit infirmus cũ tanto fetore vt vix posset ei aliqs seruire. In qua infirmitate pctm̃ suũ recognoscẽs ⁊ ꝓfitens fecit se portari ad ecclesiã ante illaz imaginẽ crucifixi: ibi humiliatus dicere cepit. O domine deus meus q̃ iuste: q̃ pie: me superbissimũ murmuratorẽ castigasti: gras tibi ago dñe deus mr̃. nec eni aliud mereo: ꝓpter impatiẽtiã ⁊ supbiam meã. Et subito audiuit vocẽ sibi dicẽtẽ. O portet humiliari q̃ vult cõsolari. Vñ sic hũiliat⁹ postea sensit ꝓsolatiões spũales.

Exẽplũ de fratre murmurante.

De clamore. Capitulum.iij.

Clamor ponit inter filias ire ꝝm Greg. ⁊ Tho. qui in hoc consistit ex ira voces clamosas sz cõfusas ꝓferre: miscetur q̃ cõiter cũ ꝺtumelia vel cõtentione. De clamore aũtẽ inquit ps̃. Inueterauerunt ossa mea dũ clamarẽ tota die. Ossa aie sunt vires aie naturales: vt intellect⁹: volũtas: et hmõi: in q̃bus ꝓsistit robur aie quibus operat: sicut in ossibus materialibus cõsistit robur corpis. Iste aũt vires inueterascũt. i. debilitant ad bene operandũ ꝑ clamorem vitiosum. Sed sciendũ ꝙ est triplex clamor. videlicet.

¶ Clamor intense affectionis.

¶ Clamor horrende vel indefense offensionis.

¶ Clamor confuse perturbationis.

Primus impetrat exauditionẽ. Scds vocat celestem punitionem. Tertius excitat ad scandalizationem.

§.I. Primus clamor est cū

qs magno affectu desiderat vl petit aliqd a deo fm illud ps. Clamaui in toto corde meo exaudi me do. Dicit Grego. q multū clamat q multū amat. Vñ & moyses cū sup mare rubrū cū filijs isrl manerent & pharao cos psequerē ad reducēdū in egyptū oranti moysi silenter dixit dominus. Quid clamas ad me. Exo. xiiij. Clamor eius erat in celum desideriū quo orabat. Iste aūt clamor intrat in aures dei ita q mereť exaudition̄: sic dns reprobittit di. in ps. Clamabit ad me & ego exau. eū. Vñ & de pplo isrl cū ppter pcta sua diuersis tribulatiōib⁹ & captiuitatibus vexarent: dicit in ps. Clamauerūt ad do. cū tribularent & de necessitatib⁹ suis liberauit eos. vt ptz in li. iudi. p totum Sic chananea clamās post iesum fuit exaudita & sanata filia ei⁹. Mat. xv. Sic cec⁹ magis ac magis clamās Miserere mei fili dauid: fuit illuminat⁹. Luc. xviij. Sz & pdicator; isto modo dz clamare in pplo. s. ex intimo affectu: et sic audiť virtuose & fructuose. sic xps clamabat in tēplo nō solū voce sz intēso desiderio. Si qs sitit veniat ad me & bibat. Jo. vij. Sic & Johā. baptista dicit vox clamātis in deserto. Mat. iij. De hoc aūt clamore nō intelligit verbū ps. q in ipso nō inueteraſcūt sed iuuenescūt ossa aie.

§.II. Secūdus clamor est

horenda aliqua cōmissa iniquitas. Esa. lviij. Nolite ieiunare sicut vsq in hanc diē vt audiat in excelso clamor vester. s. vestror scelerū: q talia ieiunia cum his nō placent Tria aūt vitia precipue sunt que prie sui horroze clamant ad deū vindictā & celerē punitionē, scz

¶ Homicidium.

¶ Sodomia.

¶ Oppressio pauperum.

De primo dixit dns ad Cayn postq Abel fratrē suum occidit. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra Gen. iiij. Et quid nisi vt tātū scel⁹ debeā punire celeriter vñ subito factus est vagus & profugus & tremulus in mēbris. De scdo dixit dns Abrae. Clamor sodomor & gomoreor ascēdit ad me de terra. & quid clamabat illor nefas nisi subitā vindictā: q q̄citius secuta est subuersio illis q̄q̄ ciuitatib⁹ igne & sulphure. De tertio dr. Exo. iij. Clamor ē eor audiui ppter duriciā &c. Et loquit de oppressiōe facta hebreis a pharaone & populo suo q cito punita ē p multa flagella. Demū aūt in mari rubro submerso pharaone cū exercitu suo. Exo. xiiij. & Jac. v. Ecce merces operarior vror q fraudata est a vobis clamat & clamor eor in aures dñi introiuit &c. Dicit etiā clamare pcm̄ dum trahit ad aliud & clamat vindictā cū nō penitet: sz addit qs malū malo. fm illud Esa. xxxiiij. Et clamabūt pilosi alter ad alterū. Qd exponēs Grego. ait. Pilosus ad pilosum clamat dū ppetrata iniqtas ppetrādā vocat. De hoc clamore intelligit dictū ps. quia dū q s clamat tota die. idest dum addit pcm̄ pcto fic inueteraſcūt & magis ac magis debilitanť potentie aie ad bene operandum. Et qd inueteraſcit ppe interitū est. dicit aplus. & sic clamat vindictā.

§.III. Tertius clamor ē pro

cedēs ex turbatiōe. & hic est filius ire. de q aplus ad Ephe iij. ois clamor ira & indignatio tollať a vobis. Et licz de se illud nō sit mortale: pōt tn esse vel rōne cause ipm pducētis vt si pducat exodio vel ira mortale: vel rōne materiei ex qtinētis: vt si clamādo cōtumeliā inferat vel cōtentionē p veritatē rei importātis. vel rōne scādali ex eo seqntis vt cū fit a notabili psona ex ira vñ alij notabilr scādalizenť. Et isto modo dicit ps. i psona xpi patiētis de iudeis. aperuerūt sup me os suū sicut leo rapiēs & rugiēs. qn videz Pilato clamātes vocib⁹ magnis dicebāt. Crucifi. crucifige cū. vt testanť oēs euāgeliste. Et de b etiā pōt intelligi dictū ps. Inueteraverūt ossa mea dū clamarē tota die. idest frequēter. Et q hmōi clamor cum ira generat scādalū & pīrā & filias ei⁹ hō scandalizet & scandalizeť se pe: ideo de scandalo in cap. seq. dicendum.

¶ De scandalo multiplici. Caplm. iiij.

Scandalum oritť in ali

quo ex clamore inordinato alterius & ex aliis vitijs pertinētib⁹ ad iram: nō ex multis actib⁹ varijs alior pctor. Diffinitť aūt sic. Scandalum est dictum vl factū minus rectū prebēs occasionē ruine. q diffinitio trahitť ex vbis Hiero. sup Mat. Pro cuius declaratiōe dicit be. Tho. ij. ij. q. xliij. ar. j. vt Hiero. dicit qd grece scandalon dr: nos offensa vel ruinā & impactionē dicere possumus. Contingit em̄ qñq q alicui exponit aliqd in via eunti corpali cui rei impiges disponit ad ruinā siue casum vt si ponat lignū vel lapis in quē impingat vel aliqd lubricū sup quo pedē ponēs disponat ad casum & talis obex dicit scādalū. Similr in pcessu vie spūalis ptingit aliquē disponi ad ruinā spūalē alteri⁹ ex dicto vel facto alterius inquātū. s. aliqs sua suasione vel inductiōe vel exēplo trahit aliū ad peccādū. Et b ppie dr scandalū. Vñ ps. Juxta iter. s. quo icedebā in via spirituali bonor operū. scandalū posuerūt mihi. s. inimici mei hoies mali: et b malis exēplis suis. Nihil aūt fm ppriā rōnē disponit ad ruinam spirituale nisi qd hz aliquē defectū rectitudinis: q id qd est pfecte rectū magis iuuat hoiez circa casum quē ad ruinā inducat. & iō queniēter diffinit vt dictū est. Declarādo aūt singulas pticulas diffinitiōis. iō i diffinitiōe ponit dictū vel factū nō aūt cōcupitū. quo etiā modo ptingit peccare: q dicta & facta exteriora sunt & alior sensib⁹ obijciūtur vñ qs pōt induci ad ruinā. Sed cōcupita vel cogitata abintra sunt & videri nō possunt vñ nec scādalizare seu ad ruinā disponere valēt. Jdeo aūt subdit. min⁹ rectū. nō q rectū sit q̄uis aliud sit magis rectū sicut dicim⁹ rectum esse fuare mādata: sz recti⁹ seruare p filia: sz dr: min⁹ rectū q hz aliquē defectū rectitudinis illud dictū vel factū. et b vel q est fm se malū sicut pctm̄. vl q hz spēz mali sicut cū aliqs recūbit in idolio: q̄uis fm se nō sit pctm̄ si aliqs hoc faciat nō corrupta intētiōe. tm̄ q hz spēm seu filiturā nēveneratiōis idoli: pōt alteri pbere occasionē ruine: & iō apls monet. j. Thessal. v. Ab oi specie mali abstinete vos Comprehēdunť ergo in min⁹ recto tā ea q fm se sunt mala q̄ ea q hnt spēm mali. Dicit aūt pbēs occasionē ruine & nō prebēs cām ex eo: q cā importat inductium pfectum & sufficiēs ad aliqd. Occasio aūt dicit cām seu inductiuū & insufficiēs a se. Nihil aūt pōt eē alteri sufficiēs cā peccati qd est spūalis ruina nisi ppria volūtas. Sz dictū vel factū alteri⁹ pōt eē alteri solū cā ipfecta & aliq̄liter inductiua ad pctm̄. nō aūt pfecta cā. & iō dr occasio vt ipor tet cāz imperfectā nō cām p accidēs semp & tn nihil phibet i qbusdā diffinitiōib⁹ poni id qd est p accidēs. Jte nota q dr: pbēs occasionē. aliud ē em̄ pbere occasionē: aliud ex se occasionē accipe. Dictū em̄ vel factū alteri⁹ pōt eē alteri causa peccādi dupliciter. Uno modo p se. alio modo p accidens Per se qdē qñ aliquis suo malo vbo vel facto intēdit alium inducere ad malū: vel etiā si b ipse nō intēdat. tm̄ ipm verbū vel factū est tale qd de sui rōne hz q fit inductiuum ad peccandū. puta cū aliqs publice facit aliqd peccatum fornicatiōis: blasphemie: & hmōi. vel facit qd hz pcti simi litudinē. vt si vir habeat multā familiaritatē cuz muliere suspecta. & tūc ppie b faciēs pbet occasionē ruine. & ēin eo scādalū actiuū qd est speciale pctm̄. Per accidēs autē verbū vni⁹ vel factū est alteri scādalū qñ & pter intētionē operantis vel loquentis & pter cōditionē opis vel vbi dicti aliqs ppter malā sui dispositionē ex ope alteri⁹ inducit ad peccādū. puta cū aliqs inuidet bonis opib⁹ alteri⁹. & tūc q facit actū rectū nō dat occasionem inuidēti ruine sue quātū in se est. sed ille sumit sibi occasionē. fm illud Ro. vij. Occasione aūt accepta p legē &c. Et iō est ibi scanda

scādalum diffinit.

declarat diffinitio

Prebere occasionē & accipere occasionē.

lum passiuū sine actiuo.idest absq; hoc q; aliquis det illi occasionē ruine:sz passiuū simul ⁊ actiuū est ex eo.Et sic quādoq; reperiť scandalū actiuū sine passiuo vt cū intendit suo opere inducere ad maluz sed ille non acquiescit. qñq; actiuuz ⁊ passiuū vt cum q̄s agit malum intēdens aliū inducere ad ruinā:vel de se illud opus est ad hoc inductiuum ⁊ alius ex hoc ruit in pctm̄.quādoq; passiuū sine actiuo vt cū q̄s ex bonis operibus alicuí⁹ ruit:puta inuidēs:detrahens:irascens:⁊ hmōi.

De vitatiōe scandali.

§.I. De scandalo quomodo

do possumus ipsum a nobis remouere docet p̄s. dicens in p̄s.cxviij. Pax multa diligētib⁹ legē tuā ⁊ non est illis scandalū.Sed ꝯtra q; qđ est necessariū euitari nō potest sed necessariū est euenire scandala xp̄o dicēte. Necesse est vt eueniāt scādala.Mat.xviij.Ergo diligēdo legem dei etiā p̄ b̄ scādalū vitari nō poterit. Rndet.b.Tho.ij.ij.q. xliij.ar.iij.q; auctoritas illa non est intelligenda de necessitate absoluta q̄n.s.homo possit vitare scandala inquātū sunt pctā sed de necessitate conditionali. Et hoc triplicit vel q; necesse est p̄scita a deo vl p̄nūciata eueniret cōiunctim accipiať:q̄ qđē p̄scientia nō tollit libertatez arbitrij:q̄n hō libere subeat vl vitet scandalū.vel necesse dicitur vtilitate finis:q; vtilia sunt vt q̄ probati sunt manifesti fiant.vel necesse d̄; hoc p̄supposita ꝯditiōe hominū q̄ fragiles sunt ⁊ a pctis sibi nō cauent:sicut si medicus videt aliq̄s indebita dieta vtētes dicat:necesse est illos infirmari:quod intelligendum est si nō mutent dietam.⁊ sic homines si non mutent conuersationē eoz malā necesse est eos scādalizare ⁊ scandalizari multipliciter. Sed docet Psal.recte cōuersari ⁊ sic vitare scandala dicēs. Pax multa diligentib⁹ legē tuā ⁊c. Ubi tria.

¶ Primo p̄fectionē opis.ibi. Diligētib⁹ legē tuā.

¶ Scdo p̄secutionē inde muneris.ibi. Pax multa.

¶ Tertio euitationē criminis.ibi. Nō est illis scādalum.

§.II. Quantū ad primum

sciēdū q; lex dei pmaxime est lex charitať finis ois legis Ois lex vno sermone implet.ait apl's. Diliges p̄ximū tuum.qđ ⁊ dilectionē dei includit.Et.s.Tim̄.s.Finis p̄cepti est charitas ⁊c. Unū q̄dē p̄ceptū est vnitate finis vni⁹ q; ppter deū. Propter qđ xps dicit. Hoc est p̄ceptū meū vt diligatis inuicē. Multa aūt est i virtute, ppter qđ d̄ lex cōtinēs multa p̄cepta q̄ deriuanť ab ea ⁊ ad eā reducunť Diligiť aūt lex ista recogitatione sepe de ipa meditando quō debeat impleri.fm illud. Lex dei ei⁹.l.charitatis in corde ipsius.s.iusti.Et p̄s.cxviij.Quō dilexi legē tuā dñe tota die meditatio mea est.Scdo lectiōe vl auditiōe legēdo vl audiēdo sepe de ipa lege charitať. Un xps dixit legisperito.in lege.s.scripture qđ scriptū est.quō legis.Et respōdit.Diliges dñz deū tuū. Lu.x.Et Baruch.iij.Audi israel mādata vite.Tertio diligiť efficacit exercitatiōe s.Jo.iij.Filioli diligam⁹ nō vbo neq; lingua.s.tm̄.sz opere ⁊ veritate.i.vera operatione. Probatio dilectiōis exhibitio est opis.ait Greg.in homel.Et vt d̄.s.Job.ij.Qui diligit p̄ximū in luce manet.⁊ scandalum in eo nō est.

Lex dei diligitur

§.III. Secundo munus

quod sequiť ex ipsa dilectiōe legis.i.charitatis est pax.⁊ pax multa.vt no.p̄s.cxviij.dicēs.pax multa.pax inq̄t Aug in.xix.de ciui.dei.dulce nomē.dulcio: res adeo vt oia appetāt pacem. Et mali q̄dē nullā veram habēt pacē. q; non est pax impijs dicē dñs. Esa. Nā si p̄fessores ⁊ p̄dicatores p̄mittāt eis pacē cū deo absoluētes a pctis q̄s nō debēt.⁊ ab hostib⁹ exterioribus tm̄ nō habēt veram pacē. Et b̄ est qđ inuehit dñs contra sacerdotes.s.antiq̄ ppli dicēs Hiere. viij. Sanabāt contritionē.i.exterminiū ⁊ deuastationez mentiū filie ppli mei.i.cuiuslibet aie cū ignominia dicētes. Pax pax.s.erit vobis.⁊ nō erat pax.s.vera. Impfecti aūt sed boni p̄ gratiā pacē quidē habēt:sz nō multā: imo modicā.Sentiūt em̄ multā repugnantiā carnis ad spiritū:etsi p̄ualeāt.sepe etiā cū hoib⁹ nesciūt pacē habere:sz de facili turbanť:⁊ turbāt pacē alioz.cū tm̄ apl's.s.Colo. x.doceat vitare scādala alioz.⁊ loquiť de idolothitis cibis appositis:q̄ etsi posset eis vesci absq; pctō si tm̄ aliquis dicat eē idolothitū:vt puta reputās p̄hibitū illud comedere:nō debet cui d;: comedere sed abstinere ne conturbet illum:⁊ inducat ad similia faciēdū vel ad iudicādū illū cōedentē de pctō graui. Un dicit. Si fieri pōt qđ ex vobis ē cū omnibus hominibus pacē habētes.Sed p̄fecti in charitate ⁊ veritate q̄ p̄fecte diligūt legē dei illi habēt multam pacem.Est enim pax effectus charitatis fm Tho.ij.ij.q. xxix.Unde sicut posita causa ponit effectus:ita data magnitudine cause sequiť effectus multitudo.p̄fecta igitur charitate erit ⁊ multa ⁊ magna pax:nā cum talis habeat passiones sedatas parū belli sentit in carne sua deo etiā p̄fecte subiectus cū oibus ⁊ i omnibus inuenit pacem:seruās illud. In omnibus requiem queuui.Eccl.xxiiij.Et sic cauent a scandalis quod restat declarandū.

quō mali et iusti habeant pacem.

§.IIII. Tertio per legē charitatis pfecte euitatur crimē qđ est frequēs ⁊ multum cōmune.s.scandalum. Un dicit. Non est illis scandalum. quod quidē potest esse triplex.

¶ Primo scandalū actiuū ⁊ infra intentionē.

¶ Scdo scandalū passiuū ppter defectionē.

¶ Tertio scādalū occasionatiuū p̄ter intentionem.

Diligētib⁹ legē dei ⁊ pfectis in charitate nō est in illis aliq̄ horū ppriē ⁊ cōplete. Scādalū aūt actiuū fm btm Tho.ij.ij.q.xliij.ar.ij.est cū aliquis suo dicto vel facto inordinato intēdit aliū trahere ad aliq̄ pctm̄:hoc aūt semp est pctm̄:nā oē qđ recedit a rectitudine rōnis ē pctm̄:sz per scandalū actiuū receditur a rectitudine rōnis vt pz ex diffinitiōe eius:cum dicit q; est factū vel dictū minus recte tū.i.nō rectū.hoc etiā ostendit apl's dicē. Roma.xiij. Si ppter cibū frater tuus contristať.s.sumēs inde scādalum iā nō fm charitatē ambulas. Et loquiť de idolothitis,sz illud qđ est cōtra charitatē vel p̄ter charitatē dei ⁊ primi peccatū ē. Pertinet em̄ ad charitatē ipedire p̄ximū a pctō quātū i eo est:qđ fit p̄ fraternā correctionē:q; est actus exterior: charitatis:sz p̄ scādalū actiuū ex intētiōe querit q̄s nocumētū spūale:⁊ sic agit ꝯtra charitatē ⁊ actū fraterne correctiōis. Est aūt nō solū pctm̄ sz speciale distinctum a ceteris scandalū actiuū et ex intētiōe.Et rō est fm Tho. q.ea.arti.iij. Finis q̄ intendiť in opib⁹ humanis cōstituit ⁊ dat speciē in moralibus siue vitijs siue vtutib⁹. vñ vbi est specialis finis i ope ibi est specialis vtus vel vitiū operatiū.Sed in tali scandalo est specialis finis.s.intēdere ruinā spiritualē.i.pctm̄ p̄rimi.Et q̄uis ex quolibet actu peccati possit q̄s intēdere ruinā p̄rimi:dū.s.agit illud ea intētiōe vt suo exēplo vl vbo inducat aliū ad malū.vt furādo:occidēdo:peierādo:fornicādo:⁊ hmōi.ppter qđ oē pctm̄ pōt esse materia scādali actiui:tm̄ vltra,malitiā materie ex illa speciali intētione inducēdi aliū ad malū p̄illud habet q; fit ibi speciale pctm̄. sz pōt etiā reperiri illud peccatū speciale scandali sine materia alioz peccatoz cuz videlz quis facit aliquid qđ de se nō est malū sz hz similitudinē mali intendēs p̄ illud inducere ad ruinam sicut si quis recūberet i idolio vl comederet idolothita ea intentione vt induceret alios ad similia faciendum in veneratione idoli:qđ tamē ipse nō veneraret:illd de se malū nō esset:sed ppter intētionē p̄auā cōmitteret speciale peccatum. Unde ⁊ apl's admonet a talibus abstinere etiaz nō intendendo ruinā p̄rimi dicēs. Roma.xiij. Bonū ē nō manducare carnem ⁊ nō bibere vinum:nec in quo frater tuus offendiť:aut scandalizatur aut infirmať.scilz agere que sz quis potest cōmittere sine periculo vel detrimēto persone sue,Et appellat offensionē indignationem alicu

scādalū actiuum

scādalū spāle pec catum.

ius cōtra eū qui peccat. Infirmitatē vo promptitudinez ad ruinā. Scandalū aūt ipsam impactionē. s. ruinā i peccatū vel retardatio a bono: ⁊ ab oib⁹ cauendū. Est autē istud peccatū aliqñ mortale aliqñ veniale ꝑm Tho. i. iiij. Nā mortale est cū ꝙs per suū verbū vel factū quodcunqz intendit inducere ad mortale. Similiter etiā si ꝙs p actū pcti mortalis intēdit inducere ad veniale esset mortale. puta si ꝙs inferat alicui cōtumeliā: detractionē: ⁊ derisionē notabilē: vt faciat illū irasci vel indignari: ⁊ hmōi. Sed si pactū pcti venialis intendit inducere ad pctm̄ veniale etiā veniale ē. De tali scādalo mortali dicit xp̄s Mat. xviij. Qui scandalizauerit vnū de pusillis his expedit ei vt suspendat mola asinaria in collo eius: ⁊ demergat in pfundū maris. vbi dicit Hiero. Multo melius est p culpa breuē recipe penā q̄ eternis cruciatibus seruari. sz pena eterna nō debet nisi p mortali. Vñ ex hoc ostēdit scādalum actiuuz aliqñ esse mortale. Ad qđ etiā facit qđ ait apls. s. Cor. viij. vbi loquēs de scandalizantib⁹ alios opibus suis. inqt. pcutietes ꝓsciaz fratrū infirmā in xp̄m peccatis. sz pctm̄ qđ in deū cōmittit est mortale: q: solū mortale auertit a deo: scādalizare aūt alios est peccare in deū ꝑm inductā autoritatē. Ad idē facit qđ ait Aug. de pe. di. s. Noli putare te nō esse homicidā cū fratri tuo malū psuades. s. mortale. Si em̄ fratri tuo malū psuades: occidis te ⁊ aliqñ fratrem ipm̄ cum. s. assentit psuasioni male: qđ est scandalizare: nō aūt occidit aia nisi p mortali inquātū. s. psuasit p illō gra. Sic scādalizauit Balaā ariolus filios israel: seu potiꝰ docuit Balaac regē moabitarū quomodo scādalizaret pplz israel. ꝑ dicit Apoc. ak. ij. Docebat balaac. s. ipse Balaā mittere scādalū coram filijs israel cōsulendo videlz q̄ mulieres ornatas moabitas mitteret ad castra filioz israel cū idolis earū vt inclinarēt eos ad fornicādū cū eis: ⁊ p hoc ad idolatrandū: qđ malū secutum est: sed acriter punitū cū illis q̄ psuluerūt ⁊ dederūt illud scādalū. vt ptz Numeri. xxiij. Istud aūt scādalū actiuuz non est in pfectis. ⁊ de ipsis loquit autoritas ps̄. Non est illis scādalū actiuū. s. pfectis. Et rō ꝑm Tho. q. e. arti. vj. q: scādalum actiuū ꝓprie est cū aliq̄s facit vel dicit aliqd intēdens inducere ad ruinā: vel si nō intēdit hoc ipm̄: tm̄ opus tale est vt natū sit inducere aliū ad ruinā qđ euenit q: inordinatū est. Ad pfectos aūt ptinet ea q̄ agūt ꝑm regulā rōnis ordinare. ꝑm illud. s. Cor. xiiij. Sia honeste ⁊ ꝑm ordinē fiant in vobis. ⁊ precipue hāc cautelā adhibēt in his i quib⁹ nō solū ipsi nō offenderēt sz etiā alijs offensionē pararēt. Et si qđ in eoz dictis vel factis ab hac moderatiōe defit hoc puenit ex infirmitate humana ꝑz quā a pfectiōe deficiūt: nō tm̄ in tantū deficiūt vt multū ab ordine rōnis recedat sed modicū ⁊ leuiter: qđ nō est tā magnū vt ex hoc rōnabiliter possit ab alio sumi occasio peccādi: ⁊ pcipue mortal⁹ qđ importat stricte ruinā. Docuit xp̄s suo exēplo vitare alioz scandalū qñ soluit tributū cū tm̄ nō teneret di. Petro. Ut nō scādalizem⁹ eos vade ad mare ⁊ mitte hamū. Mat. xvij. Quo exēplo docet Greg. cum ꝙs scādalizat ex infamia ortа cōtra aliquos debent ostendere innocētiā suā se excusando ad tollendū scādalum ortū. xj. q. iij. inter verba. Scādalū passiuū dicitur ꝑm Tho. ij. ij. q. xliij. ar. iij. cum ꝙs ex dicto vel facto alterius bono vel malo vel habēti speciē mali scādalizat. id est in aliqđ pctm̄ ruit. Non em̄ ruit ꝙs ruina spūali nisi p aliqđ peccatū: nō est em̄ scandalū passiuū speciale peccatū: q: ex dicto vel facto alterius contingit aliquē ruere ꝑz quodcūqz genꝰ peccati. Nec hoc ipsum qđ est sumere occasionē peccādi ex facto vel dicto alterius ꝓstituit specialem rōnē peccati: q: nō importat specialē deformitatē speciali virtuti oppositā. Et hoc scandalū passiuuz qñqz est veniale cū sz quis ex facto vel dicto alterius inordinato ruit in veniale peccatū. Mortale autē est cū ex inordinato facto vel dicto alterius labit in mortale siue hoc intendat siue nō intēdat scandalizans. ⁊ aliquādo sine peccato alterius quis scandalizat grauiter peccans. sicut cū quis turbat vl aliquod aliud malū agit ex bono ope vl doctrina rōnabili alteri⁹. Et sic pharisei audito verbo a xp̄o. s. nō qđ irrat in os ⁊c. scādalizati sunt. Mat. xv. Et sic apostoli ex passiōe xp̄i scādalizati sunt. Nā videtes eū capi ⁊ ita male tractari amiserunt fidē de eius diuinitate quam p̄ius crediderāt p multa signa ꝓbabilia edocti. Et sic in ruinā ceciderūt. ꝑm illud qđ ꝓdixerat eis dicēs. Omnes vos scādalū patiemini in me nocte ista. Matth. xxvj. Et certū est q̄ in xp̄o nullū fuit pctm̄. nec etiā in aplis p̄dicatib⁹ fidem xp̄i. qđ nō erat iudeis scandalū: vt dr̄. j. Cor. j. Et sic scandalū actiuum nō erat in xp̄o: sz in scādalizatis q: ipsi se scandalizabāt ex indispositiōe sua sumentes sibi ruinam ex facto vel dicto xp̄i quod non erat de se inductiuū ad ruinā sz ad vtutē ꝑm Tho. vbi. s. Et Mat. xj. Beatus qui nō fuerit scādalizatus in me. i. q̄ videdo vl audiēdo passionē meā nō inde dedigneť ex hoc credere diuinitatē meā ꝓpter ignominiā passiōis. Hoc aūt scādalū passiuū ꝓprie nō reperit in pfectis in charitate. ⁊ sic dicē ps̄. Nō est illis sc̄z pfectis scādalū passiuū ⁊c. Et rō ꝑm Tho: ij. ij. q. xliij. ar. v. Scandalū passiuū importat quādā commotionē animi a bono in eo q̄ scandalū patit. Nullus autem cōmouet qui rei immobili firmiter iheret. Maiores autē siue pfecti soli deo inherent cui⁹ est immutabilis bonitas: q: etiā inherent suis p̄latis non inherent eis nisi in quantū ipsi p̄lati inherent xp̄o. ꝑm illud. s. Cor. iiij. Imitatores mei estote sicut et ego xp̄i. Unde quātūcunqz videant alios in suis dictis vel factis inordinate se habere ipsi a sua rectitudine nō recedūt: ꝑm illud ps̄. Qui confidūt in dño sicut mōs syon. sc̄z firmi erūt. nō cōmouebitur in eternū q̄ habitat in hierusalē. Non ergo in his q̄ perfecte adherent deo p amorē inueniē scandalum. q̄uis em̄ p fecti viri ex infirmitate carnis incidāt interdū in aliq̄ peccata venialia. nō tm̄ ex alioz dictis vel factis scādalizātur ꝑm perfectā rōnē scandali. sed potest esse in eis aliqua appropinquatio ad scādalū. ꝑz illud ps̄. Mei aut pene moti sunt pedes. quia zelaui sup iniquos ⁊c. Hinc autez dixit xp̄s petro. Scādalum es mihi. Matth. xvj. ibi sumit impropriе seu large scādalū p impedimēto. nō sc̄z q: xp̄s fuerit scandalizatus: sed q: cū narrasset passionez suā xp̄s discipulis in via: Petrus pietatis affectu ad eum posuit se ante eum quasi impedire volens iter suum ad locuz passionis dicēs. Propitius esto tibi. nō erit tibi hoc. ideo xp̄s dixit sibi. Vade post me scandalū es mihi. i. impedire vis passionē. Non ergo perfecti sed imperfecti ⁊ mali sunt qui de facili scādalum passiuum incurrunt. Unde hiero. sup illud Matth. xviij. c. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis. dicit. Nota q̄ qui scādalizat paruulus est. i. imperfectus. maiores em̄. i. perfecti scandalū non recipiunt. O quāta fatuitas hominū vt imitari velint exempla malorum ⁊ nō proborum. Quis est ille tam demēs q̄ si videat aliū in fluuium se iactare: vel se vulnerare aut res suas p̄scere velit illū imitari. etiā si sit potēs vel sapiēs: et nō potius illū irrideat illūq̄ imitēť qui querit p̄motionē bonorum suorum ⁊ que sunt vera bona nisi virtuosa opa. O quanta fragilitas p̄sonarū vt ex quolibet leui verbo vl inordinato facto permittat se scandalizari. i. ruere in aliqđ malum Et ideo signanter dr̄ Matth. xviij. Ue mundo a scandalis. Multi em̄ incidūt in magna peccata quib⁹ ve dānationis reseruať ex factis ⁊ dictis alioz. Docet autē xp̄us ibidē vitare occasiones quib⁹ ꝙs scandalizatur dicēs. Si oculus tu⁹ dexter scādalizat te erue eū ⁊ p̄jce abs te. Et idem dicit de pede ⁊ manu. Ubi notandū q̄ non debet illud intelligi ita superficialiter sicut fecit ille iuuenis qui hoc audiens a beato petro martyre cum sibi confessus esset q̄ pede calcem dedisset matri abscidit sibi pedem. sed tamē miraculose fuit per eum sibi restitutus. Quantum igitur ad sensum litteralem vult dicere christus. q̄ si oculus, i, aspectus alicuius rei. puta mulieris scandalizat te

non ē in perfectis

Docet xp̄s scandaluz vitare.

idest dat tibi occasionē ruēdi in pcm̄ tentationis cōcupiscentie: vel odij: vel auaricie: ꝛ hmōi. ita. s. ꝙ ex visu talis rei vel plone ruis in pcm̄ vel fortiter impugnaris: remoue a te talē aspectuz nō respicias illud. ꝛ sic oculū salubriter eruisti ꝛ nō scādalū recipies inde. Similiter de pede ꝛ de manu intelligēdo ꝙ pede accessum ad aliquē locū q̄ videaꝫ multū vilis. ſz ſi exeundo ad talē locū scandalizaris q: ibi sunt q̄ te ad pcm̄ inducāt: nō vadas: ꝛ pedē abscidisti. Si manus tua dextera. i. aliqō opꝰ etiā qō in se est pium vel spūale est inductiuū ad pcm̄ puta audire ꝓfessionē alicuius vñ cadis in lasciuiā. vel quē nō itelligis in suis factis ꝓpter ignorātiā tuā abscide. i. non facias tale opus. Moraliter vo oculus dexter est ꝓsideratio speculatiua vel exercitiū vite cōtēplatiue vel docto: aut ꝓsiliariꝰ vel prelatus alicuiꝰ. Manus est exercitiū vite actiue. vt aliqs amicꝰ vel benefactor quo indiget vel operādo vel in viuēdo vel subueniēdo necessitati sue. Pes est affectio ad aliquā psonā. Vñ Aug. Pes meꝰ est amor meꝰ: eo fertur quocūq; fertur. q̄ affectio etsi videaꝫ spūalis si scādalizat te q: inde plurimum tpis amittis ꝛ in dei amore tepescis. vel in tentationes incidis graues vl alis quiete pturbas. de b murmuraꝫ ꝓpter idiscretā hmōi cōuersationē Oia ista tollenda sunt etiā si vtilia multū viderentur vt nō incidat qs in scādalū passiuū. Et idē de affectionibꝰ in ordinaꝫ ad liberos ꝛ ad honores officia gradus ꝛ hmōi vñ ꝛ puerb. xxij. ōr. Noli esse amicus homini iracūdo ꝛc. ne ponas scādalū aie tue. Et eccl. vij. ōr. Noli querere fieri iudex si nō vales virtute irrūpere iniqtates: ne ponas scādalū in agilitate tua. ꝛ Eccl. xxij. Ne tradas te vie labori ose: ne ponas aie tue scādalū. Et xps ait Jo. xvj. Hec locutus sum vobis vt nō scādalizemini. Scādalū occasionatiuū est qō est ꝙ accidēs ꝛ ꝓter intētionē. vt cum qs suo dicto vel facto inordinato nō intēdit dare alteri occasionē ruine: ſz solū sue satisfacere volūtati. ꝛ sic scādalū nō est sp̄ speciale pcm̄: q: qō est ꝙ accidēs non ꝓstituit speciē fm. b. Tho. ij. ij. q. xliij. ar. iij. Et tale scādalū pōt ee ꝛ veniale ꝛ mortale. Veniale cū. s. qs cōmittit actū pctī venialis: vl actū q̄ fm se nō est pcm̄: ſz hz aliquā speciē mali cū aliqua leui indiscretiōe vñ aliqs scādalizaꝫ seu trahi potest ad aliquod pcm̄. Mortale aūt cū cōmittit actū pcti mortalis alijs manifestū: siue etiā q: cōtēnit salutē p̄rimi ꝛ ꝙ ea cōseruāda nō ptermittat aliqs facere qō sibi libuerit quātūcūq; qs scādalizeꝫ: ꝛ tūc etiā cōmittēdo qō esset de se veniale vel haberet speciē mali estimādo ꝙ aliquis ex tali actu eius ruet in aliqō mortale. ꝛ fine sui periculo vel detrimento posset illud dimittere ꝛ nō faceret: q: nō curat de salute p̄rimi dūmodo sue volūtati satisfaciat: esset ei mortale: q: ꝫ charitatē qua quis tenet̄ p̄uidere saluti p̄rimi: sicut si mulier ppēdēs vel estimās ex signis aliquē trahi ad concupiscētiā sui extra matrimoniū offerat se indifferenter aspectui illius nō intendēs ex hoc illū inducere ad cōcupiscentiā suā: sed nec etiā de hoc curās: ſz volēs satisfacere volūtari sue seu leuitati in discurrēdo p̄ loca vel morando ad ostiū domus vel fenestras ex quadā curiositate vl vanitate vt laudeꝫ de pulchritudie: mortale esset. Secus aūt si b nō estimaret vel nō bñ posset illa dimittere. vt q: opz ire ad eccl̄iam vl alia loca: ꝛ aliqn̄ cū vicinis morari in via ne reddat se alijs onerosam. ꝛ de eo diſplicētiā habeat. Similiter cū qs habet nimiā familiaritatē cū aliqua persona suspecta ꝛ sentit homines scādalizari nefaria de eis iudicando ꝛ loquendo. nec vult dimittere: nō curās ꝙ alij scādalizenť. q̄uis nō intēdat aliquod nefarium. nec illos scandalizare cū nō subsit cā necessaria illius familiaritatis peccat mortaliter dādo occasionem talis ruine. Et de b intelligitur illud Mat. xviij. Ve illi per quē scandalū venit. ve aūt importat dānationē eternā. Et signāter dicit venit. q̄si diceret. etiā si hoc nō intēderet. s. scandalizare. tamē opus eius tale est ꝙ inde venit scandalū. O q̄ hoc miserabile peccatū in mūdo abundat: ꝛ nulla videnť sibi hoies facere ꝓsciam. ornat⁹ mulierū tam vanus: tripudiaꝰ: ꝛ cātus. quid est nisi magnū scādalū ꝛ laqueus aiarum. Ecce mulier in q̄t Salomon Prouer. vij. i habitu ornata meretricio ad capiēdas aias q. d. ad hoc opaꝫ ille ornatus ad scādalizandū ꝛ capiēdū aias pctō luxurie. Verba ꝛ gestus lasciuiꝰ plena que dicunt quotidie iuuenes inuicē ex loquacitate vel solacio. quid sunt nisi magnū scandalū sibi ꝛ aliꝰ audientibus. Corrumpūt em̄ bonos mores colloquia mala. ait aplūs j. Cor. xv. Contumelie: detractiōes: derisiōes: susurrationes: ꝓtētiōes: ꝛ perturbatiōes: generāt vtiq; magnū scādalū aliꝰ. Eccl. xxiij. Supbus ꝛ maledicus scādalizabit scz alios. Blasphemie: piuria: maledictiōes: frudes: non audire diuina: ꝛ nō sumere sacramēta ꝛ alia mala opera q̄ videt filij in parentibꝰ suis: q̄d sunt nisi magna scandala eis vt filia discāt opari. Mala vita manifesta rectoꝝ ꝛ ꝓlatorū ecclie: ambitio: auaricia: simonia: pōpa vestiū: ex quo fite epule spēs varie luxurie. nōne magnū scandalū totiꝰ populi xp̄iani. Vñ dns Malach. ij. Scandalizastis pluri mos in lege scz ꝓpter exēpla male vite vestre. Et Hiero. de eis. Hi vertunt i laqueū tortuosuz ponētes scādalū in oi loco. xxiiij. q. iij. Transferūt. Sed vt dicit. b. Greg. Scire debēt prelati fi vnq̄ deliquūt q: tot mortiꝰ digni sunt quot exēpla q̄ditionis ad ceteros trāsmittūt. ij. q. j. Notū Debet ergo quilibet cauere ne vbo vel facto aliquez scandalizet. iuxta illud apli. ij. Cor. vj. Nemini dantes vllam offensionē vt nō vituperet̄ ministeriū nr̄m. Perfecti in charitate vtiq; sunt liberi etiā ab hoc genere scādali. Nā etsi cōmittūt aliqn̄ aliqua pcta. tamē nō sunt talia ꝛ tam magna q̄ aliqs rōnabiliter possit sibi sumere occasionē ruine spūalis fm Tho. vbi. s. ar. vj. ꝛ sic de hmōi. Pax mihi ꝛc. ꝛ hoc dū pseuerāt in ꝓfectiōe. Possunt em̄ a gratia discedere: ꝛ tūc facta eoꝝ mala que nota fiūt magis scādalizāt q̄ alioꝝ. Et ex hoc aggrauať pcm̄ eoꝝ magis q̄ aliorum. Et si arguať in cōtrariū. q: petrus post aduētū spūs sancti fuit in statu perfectoꝝ: et tamē gentiles cōuersos scandalizauit in obseruatiōe legaliū. Unde dicit apostolus ad Gal. ij. Cum vidissem q̄ nō recte ambularet ad veritatem euāgelij dixi cephe. i. petro coram oibus. Si tu cū iudeus sis gentiliter ꝛ nō iudaice viuis: quomodo gentes cogis iudaizare. q̄ ꝛc. Respōdet Tho. vbi. s. ar. vj. q̄ petrus peccauit quidē ꝛ reprehēsibilis fuit fm sentētiaz Augustini ꝛ ipsi⁹ pauli. q̄uis Hiero. dicat cōtrariū i hoc q̄ subtrahebat se a gentilibꝰ vt vitaret scandalū iudeoū q: hoc incaute aliqualiter faciebat. ita q̄ gētiles ad fidez cōuersi scādalizabanť. Non tñ factuz petri erat ita graue pcm̄ q̄ merito possent alij scandalizari. ꝛ sic patiebantur scādalū passiuū absq; hoc q̄ in petro esset scādalū actiuū ſz indispositio aut imperfectio eoꝝ eos scādalizabat.

scādalum occasionatiuū.

scādalū prelatoꝝ

§. v. Queritur vtrū bona sint dimittenda ꝓpter scādalū alioꝝ vitandū.

¶ Et primo de spiritualibꝰ bonis.

¶ Secundo de temporalibus.

¶ Tertio de sacramentalibus. ꝛ vtrum mutanda.

Et p fundamēto huiꝰ materie sumať regula iuris que dr̄. Utilius scandalū nasci q̄mittit̄ q̄ veritas dimittať. ex de reg. iur. Utilius. vbi. glo. ibi ꝛ bea. Tho. in. iiij. notat triplicē vitatē. s. vite: doctrine ꝛ iusticie. ꝛ dicit. b. Hiero. q̄ dimittēdū est ꝓpter scandalū. s. vitandū oē quod ꝓtermitti pōt salua triplici veritate. scz vite: doctrine: ꝛ iusticie Quinimmo ꝛ vitas iusticie ꝛ doctrine q̄nq; ꝓpter scandalū dimittēda est ſz Tho. Ray. ꝛ Ulri. Unde dant versus. Est veritas vite doctrine iusticieq;. Primū semp̄ha be duo alia ꝓpter scandala linque. scz aliqn̄. Nō intelligēdū est nō quidē vt doceať aliqua falsitas ꝓpter scādalum vitādū. ſz vt taceať veritas nō necessaria. Et sic nulli fiēda ē iniusticia. s. vt dānet̄ inocēs ꝓpt vitādū scādalū alioꝝ: ſz dormire pōt seueritas vt nō puniať q̄ meruerūt

Triplex veritas

De bonis igit spualibus q̄ reperiunt in veritate vite iusti
cie ⁊ doctrine. cū q̄rit vtrū sint dimittēda ꝓpter scādalū
vitādū. Rndet be. Tho. ij. ij. q. xliij. ar. viij. q̄ questio ista
nō hz locū in scādalo actiuo: q; nihil faciēdū est cū scan⁹
dalo actiuo qđ est factū vl dictū minus rectū: sz hz locum
in scandalo passiuo. ⁊ro cui⁹ declaratiōe notādū q̄ in
spualib⁹ bonis q̄dā sunt de necessitate salutis q̄ ptermit
ti nō pūt absq; pctō mortali. Manifestū est aūt q̄ nullus
dz peccare mortal⁹ vt alteri⁹ pctm impediat. Et rō est: q;
magis teneť q̄libet suā salutē spualē diligere q̄ cuiuscūq;
alteri⁹: cū nō solū ipse actus dilectiōis: sed etiā ipse ordo
diligēdi sit i pcepto q̄ est vt pri⁹ ⁊ magis se q̄ aliū diligat
sm Tho. Sf atue ḡ faciūt q̄ ꝓpter tolledū scādalū alioꝝ
quātūcūq; gue peierāt vel aliqđ criminale faciunt. qđ tñ
frequēter accidit q̄nimmo nec veniale cōmittēdū est ꝓpt
alioꝝ scādalū vitandū: q̄uis b aliq; dixerit qđ. b. tho. vbi
s. reprobat. Et rō est hz ipm. q: b implicat cōtria. Nā si faci
endū est iā nō est malū nec pctm. Nullus em peccat faciē
do qđ dz. si aūt pctm est eligibile nō est. ḡ fieri nō dz. Ad
qđ fac qđ ait Aug. xxij. q. ij. Sf aciat. cū saluti hois nisi pec
cādo ꝓsulere non possit iā se existimet nō hre qđ faciat. Et
q̄uis p veniale nō tollat hoī grā p quā est ei salus. tñ in⁹
quātū veniale disponit ad mortale. ⁊ sic vergit i detrimē
tū salutis. Un ꝺ vitatē vite pōt bñ qs aliq̄n facere qđ qđ
ex gne esset veniale vt vbū ociosuz. ⁊ tñ dicēdo ad tollen
dū scādalū vl ad subleuādū tediū. tūc nō erit pctm nec p
prie ociosum nisi materialiter. Quedā alia bona spualia
sunt q̄ nō sunt de necessitate saluꝝ. vt dare elemosynas ie
iunare: ingredi religionē. et hmōi. Et in his distinguēdū
de scādalo: q; aut scādalū qđ ex eis orit ꝓcedit ex malicia
cū sz aliq̄ volūt impedire hmōi spualia bona scādala cō
citādo. Et b dicit scādalū phariseoꝝ q̄ de doctrina xpi scā
dalizabant. ⁊ hoc esset cōtēnēdū sicut xps docuit Mat.
xv. dicens. Sinite eos. l. scādalizari. nec dimittatis bona
opa ꝓpter tale scādalū ex malicia procedēs. Aut scādaluz
procedit ex infirmitate vel ignorantia. ⁊ ꝺ: scādalū pusil
loꝝ. Et ꝓpter hoc scādalū spiritualia opa sunt occultāda
vel interdū differenda vbi periculū nō imminet quousq;
reddita rōne scādalū cesset. Si aūt post redditam rōnem
hoc scādalū duret. iā videť ex malicia esse. Et sic ꝓpter ip
sum nō sunt hmōi opa spualia dimittēda. Notādū etiā hz
beatū Tho. vbi s. q̄ in vitate vite ⁊ doctrie ⁊ iusticie nō
solū cōprehēdiť id qđ est de necessitate salutis: sed etiā il
lud p qđ pfectius puenit ad salutem. sm illud. j. Loꝝ. xij.
Emulamini charismata melioza. Un cōsilia nō sunt sim⁹
pliciter ptermittēda nec etiā opa mie ꝓpter scādalū: etsi
sint interdū occultāda vel differēda ꝓpter scādalū pusillo
rū vt dictū est. Si ergo ꝓpter ingressum religionis alicu
ius parētes vel alij scādalizanť vsq; ad mortē aie vel co⁹
poris nō dz aliqs ꝓpter hoc dimittere ingredi religionē
⁊ oia mala q̄ inde sequerenť nō imputanť ei q̄ ingrediť sz
illis q̄ faciūt seipsos sine causa scandalizantes. Si tamen
et aliqua dilatiōe ista scādala auferri verisimil⁹ estimarē
tur ⁊ illi periculū nō imminēret nō valēdi postea religio
nē ingredi differre deberet. Sciendū etiā q̄ obseruatio
cōsilioꝝ ⁊ impletio operū mie sunt q̄nq; de necessitate sa
lutis. qđ ptz in his q̄ iā nouerūt ꝓsilia. ⁊ i his in qb⁹ ex de
bito imminet defectib⁹ alioꝝ subuenire vel i tpalib⁹ pu⁹
ta pascēdo esuriētē: vel in spualib⁹ docēdo ignoratēs siue
fiat debitū ꝓpter iniūctū officiū vt pz in platis: siue ꝓpt
necessitatē indigētis: ⁊ tūc eadē rō ē de hmōi sicut de his
q̄ sunt de necessitate saluꝝ. Quātū igit ad vitatē doctrie
cū dr ꝓpter scādalū eē dimittēda. b est sic intelligēdum
sm. b. Tho. vbi s. vt nō quidē doceat falsum aliqđ ꝓpter
vitandū scādalū. q: hoc est de necessitate salutis. l. nō do⁹
cere falsitatē sed veritatē ⁊ etiā nō tacere veritatem cum
est necesse p salute alioꝝ. Unde Chrysost. dicit q̄ nō solū
pdito: est veritatis qui transgrediēs veritatē palam pro
veritate mendaciū loquitur; sed etiam qui non libere ve
ritatē pronunciat quam libere pnunciare oportet: aut nō
defendit veritatem quam defendere conuenit: pdito: est
veritatis. xj. q. iij. Nolite. Sed ipse act⁹ docēdi potest pre
termitti sm congruentiam tēpoꝝ ⁊ psonarū ab eo cui in
cumbit officiū docēdi. vel simpliciter quādo ex doctrina
seu predicatiōe nō sequiť aliquis fructus ⁊ scandalū alio
rū. vel sm quid sz quoad aliquā materiā. puta in aliqua
ciuitate vel castro sacerdotes sunt⁹ cōcubinarij quasi oēs
nec est spes correctiōis eoꝝ: q; prelati nō curāt: immo for
te sunt in eadem dānatione. Si predicator dicat populo
eos vitandos in officijs ⁊ sacramentis nec sperat p b re⁹
mediū adhiberi: sz scād alum sequi. primo ipsoꝝ clericoꝝ
secundo ppl⁹: q̄ nihilomin⁹ nō vitabūt eos: audiēdo etiā
hoc esse preceptū eccl̄ie. vel cōtemnēt eos ⁊ sacramēta eo
rū. vt qđ pditio hec. quare nō potius reticendū populoꝝ
ignorantia q̄ iuris positiui est excusabit eos. Nec Duran.
ordinis minoꝝ in sum. Et multa similia possent b appli
cari. Nec est cōtra qđ dr di. xliij. c. Dispensatio celestis se⁹
minis nobis est iniūcta. Ue si nō sparserim⁹: ve si tacue⁹
rimus. Intelligiť em hoc de doctria necessaria ad salutē
et cū sperať fructus etsi inde alij scandalizenť. als tacere
docet Piero. xj. q. iij. quomodo ergo. Quātū ad vitatē
iusticie quomodo sit dimittēda ꝓpter scādalū. l. correctio
Sciendū sm bea. Tho. vbi. s. q̄ cū penarū inflictio nō sit
ꝓpter se expetenda: sz infligunť pene vt quedā medicine
ad cohibendū peccata. Ideo in tantū habēt rationē iusti
cie inquātū peccata p eas cohibentur. etsi nō ipsius delin
quentis qui si ex punitione maxime scandalizaretur non
pretermittēda esset punitio: sz tamen alioꝝ q̄ ex punitio
ne peccātis sibi cauent a malis ne similia patianť. Sed si
ex inflictione penarum seu punitiōe alicuius vl pluriū de
linquentium plura ⁊ maioza mala possent sequi vel ꝓba
biliter dubitareť de hmōi. tūc inflictio penarū nō cōtine
bit sub iusticia. ⁊ tūc punire nō pertinet ad veritatē iusti
cie: ⁊ p consequēs nō punire nō est cōtra iusticiā. Et hoc
precipue accidit quādo multitudo est in scelere vel aliqs
qui habet magnā sequelā adherentiū. Un Aug. dicit. In
hmōi causis vbi p graues dissentionum scissuras nō hui⁹
vel illius hois periculū sed ppl⁹oꝝ strages iacet: deliben
dum est aliqd seueritati vt maioꝝ malis sanandis cha
ritas sincera subueniat. dist. l. vt cōstitueret. ⁊. dis. xliij. c.
comesationes. ⁊. xxiij. q. iij. c. nō pōt. Correctio aūt frater
na q: ordinať ad correctionē ⁊ emendationē eius q̄ corri
gitur. ideo cum de tali correctiōe verisimiliter crediť q̄ scā
dalizet: nō teneť ad eā nec eā facere debet. secus si nō scā
dalizať ipe correct⁹: sz alij ex ei⁹ emēdatiōe: q: tunc nō di
mittenda. Quātū ad veritatē vite ptinet vt nō solū qs
abstineat a malis: sz etiā ab his que habēt speciē mali. Et
ꝓpter hoc dicit apl's. Si esca scandalizat fratrē meū non
māducabo carnes i eternū. j. Loꝝ. viij. Loquiť ei de car
ne idolis immolata: quā comedere pcipue coā simplici⁹
bus habebat speciē mali: q: poterāt credere q̄ b faceret i
veneratiōe idoli. Et sic scandalizabanť in illo q̄uis non
esset malū nō comedēdo in veneratiōem idoli. Et idem
dicendum est de quocunq; cibo. l. q̄ cū qs scādalizať sup
esu illius ab alio vt q: est ꝺ moꝛz patrie, vel ꝺ cōmunem
phibitionē. q̄uis in se illum cibum possit licite edere: di⁹
bet abstinere ne alios scādalizet: vel rōnem assignare. pu
ta si ex infirmitate hoc facit. Libū aūt necessariū sibi ad
vitam siue carnium siue aliarū rerum nō debet ꝓpter scā
dalū alioꝝ hoc dimittere simpliciter: q: hoc ptinet ad ne
cessitatē salutis. sm Tho. vbi. s. ar. viij. sz sedare si apte po
test. Infamiā etiā iniuste exortā vnde hoies quasi creden
tes hoc scandalizanť debz p posse purgare illis modis q̄
bus licite pōt vel ostendēdo innocētiā suā ⁊ falsitatē ob
loquētiū vel approbationes faciēdo inducere vt cōuincā
tur de mēdacio: vel p alios modos iustos. Et hoc no. Au
gu. xj. q. iij. c. nō sunt audiēdi. vbi in fine dicit. Nobis ne
cessaria est vita nostra, l. bona, aliis autem fama nostra.

quō cor⁹
rectio sit
aliq̄n di⁹
mittēda
ꝓpt scā⁹
dalum.

Ñ tpa lia sint p pter scá dalum dí mittēda.

§.VI. De secūdo scz de tē

porālib⁹ bonis vtrū sint dimittēda ꝓpter scādalū eoꝝ a q̄ b⁹ repetunt. ℜñdet btūs Tho. ij. ij. q. xliij. ar. viij. Distin guendū est de ḥmōi bonis. q; aut nr̄a sunt: aut sunt ad cō seruādū ꝑ alijs nobis cōmissa. sicut bona eccl'ie cōmittū tur ꝓlatis: ⁊ bona cōia q̄busc̄ꝫ reipublice rectoꝝib⁹. Et taliū ꝓseruatio sicut ⁊ depositoꝝ iminet ḥis q̄bus cōmis sa sunt ex necessitate. ⁊ iō nō sunt ꝓpter scādalū dimitten da q̄n scz repetant: vl' ꝓmittēda auferri sicut nec alia que sunt de necessitate salutis. Et sic btūs Tho. cātua. archi epūs nō dimisit q̄n repeteret res eccl'ie: q̄uis ide sequeret scāda ū regis Anglie. Si vo bona tpalia nostra sunt ⁊ ip soꝝ dñi sum⁹ dimittere ea distribuēdo si penes nos sunt vel nō repetēdo si apud alios sunt ꝓpter scādalū q̄nc̄ꝫ de bemus. q̄nc̄ꝫ nō debemus. Si em̄ scādalum ex ḥoc oriat ꝓpter ignoratiā. vt q; putet esse sua q̄ detinet. vel ꝓpter infirmitatē alioꝝ. qđ supra dictū est esse scādalum pusillo rū. tūc vel dimittēda sunt totaliter vel aliter sedādū scā dalū pusilloꝝ ꝑ aliquā admonitionē. Vñ Aug. in sermo ne dñi in mōte. Dandū est qđ nec tibi nec alteri noceat q̄ ab ḥoe credi pōt. Et cū negaueris qđ petit iudicāda est ei iusticia. Et melⁱ⁹ ei aliq̄d dabis cū petēte iniuste coꝛre xeris. Aliq̄n vo scandalū qđ nascit ex repetione suoꝝ bo noꝝ ꝓcedit ex malicia qđ est scādalum pharisęoꝝ. Et ꝓ pter eos qui fic scādala ꝓcitāt nō sunt tpalia dimittenda. q; hoc noceret bono cōmuni: daret em̄ ḥoc malis occa sio rapiēdi aliena: ⁊ noceret etiā ipsis rapiētib⁹ q̄ retinē do aliena in pctō ꝑmanerēt. Vñ dicit Grego in li. moral'. q̄ cū quidā tpalia nobis rapiūt sunt tolerādi. Quidā vo seruata equalitate ꝓhibēdi nō sola cura ne nr̄a subtrahā tur: sed ne rapiētes nō sua seipos perdāt. Hec Grego. Si em̄ passim ꝓmitteret ḥoibus malis rapere aliena: verge ret hoc in detrimētū veritatis vite ⁊ doctrine ⁊ iusticie. ⁊ fic esset ꝓtra regulaz iuris. Juste tñ ⁊ pie eccl'ia abstinet a decimis exigēdis in terris in q̄bus nō est ꝓsuetudo deci mas soluere ad vitandū scandalū ḥominū. Sicut etiam apl's seminās spiritualia Corinthijs pie abstinuit a reci piendo seu petēdo tpalia ab eis ne offendiculū daret euā gelio ne scz illi scandalizarent si petisset ab eis qđ nō erāt consueti. hec Tho. Si aūt tyrannus aliq̄s teneret aliqua bona eccl'ie ⁊ ex repetitione inde sequeret scādalū nō solū tyranno: sz eccl'ie seu pplo vl' clero cōtra quē ille maligna ret. ita q̄ maius esset dānū sequendū ex tali repetitione ⁊ rehabitione q̄ ex eius carētia licitū ⁊ iustū videt. hoc em̄ videt esse redimere vexationē suā. Et qđ dictū ē q̄ nō de bēt dimitti talia ꝓpter scādalum intelligēdū, videt ꝓpt scādalū illius solius. vel ita q̄ nō sequat aliud maius scā dalum. De facto beati Tho. cātuarien. pōt dici q̄ forte il la tpalia que repetebat erāt annexa spūalibus quoꝝ rex nō erat capax: sicut ius percipiēdi decimas. ḥmōi: vl' eti am q; multa fecerūt sancti ad superogationē ⁊ maioꝛē p fectionē ad que tamē nō tenebant de necessitate salutis. sicut q̄ Amb. ꝓhibuit Theodosiū intrare eccl'iam añ pu blicā penitentiā factā. vel eū in choꝛo stare. ⁊ ḥmōi.

§.VII. Tertio de sacramē

tis vel etiā sacramētalibus ⁊ vsu eoꝝ. vtrū falsitas aut fi ctio vel mutatio fieri debet ꝓpter scādalū vitandū. Et di cendū q̄ nulla fictio vel abusus vel mutatio substātialis fieri dz. Vñ nunq̄ dz dari ḥostia nō ꝓsecrata: ne indigne accipiēs ad iudiciuz sui sumat. q; p̄b̄ non euadit iudiciū sumēs ⁊ sacerdos mortaliter peccat. Sz si pctō: ē notoriꝰ negare debet quantūcunq̄ scandalizetur: si occultus de negare nō debet. Similiter ꝓpter scandalum vitandum confitentis. qui si non absoluitur ꝓmittit se multa mala facturū. vt desperatū nō debet absoluere eū si non ꝓpo nit se a mortalibus abstinere. Similiter nō debet quis ꝑ pter quodcūq̄ scandalum vitandum vel sue infamie vel alioꝝ turbationes celebrare in mortali exist'ēs ꝓtritus et ḥmōi. De sacramētalib⁹ aūt licz dicāt Guil'. ⁊ archidia. q̄ possit fieri fictio in eis ꝓpter vitandū scandaluz: puta in aliquo monasterio de more est q̄ ꝓsecrent virgines q̄ cōsecratio est q̄d sacramētale: i cui⁹ offō illa q̄ ꝓsecrat di cit se esse virginē ⁊ fic est ibi fictio seu mēdaciū. Si hoc di cat dū cōsecrat q̄ occulte amisit virginitatē q̄ si illa ẏba nō diceret vel nō ꝓsecrareť ḥabereť ꝑ coꝛruptā: ⁊ fic ma gnū scādalū ⁊ infamia seq̄reť ei. Vñ dicūt pfati ad tollē dū tale posse fieri talē ꝓsecrationē cū illis verbis ẏginita tis. Sz Alb. ⁊ Tho. ⁊ Pe. de Pal'. in. iiij. asserūt ꝓtrariū. scz q̄ hoc fieri nō dz: q; nec sacramēta nec sacramētalia ꝑ pter vitādū scandalū debēt mutari: sz pōt adhiberi que dā cautela ad tollēdū scādalū: puta vt fiāt que nō sunt de substātia veli virginalis: vt accēsio cādelarū: ⁊ ḥmōi: mu tatis ḥis q̄ sunt de substātia veli virginalis; ẏba. s. que di cunt in impositiōe veli mutato noie ẏginitatis in nomē castitatis. Satis ꝓcoꝛdat Hosti. ⁊ Hos. ꝑ id qđ ḥabet ex quod me. cau. c. s. Nomē virginitatis ꝓgruere pōt coꝛru pte. si cōtinēs fit. Mutatio in sacramētis quoad substan tialia fieri nō pōt ꝓpter scādalū vitādū vel alia de causa: etiā ex dispensatiōe pape: q; ipa sunt de institutione diui na. Posset aūt fieri in ḥis q̄ nō sunt de substantia ipsoꝝ di spēsante vt circa ritus eoꝝ. Dispensauit aūt Greg. in quo dā loco ex necessitate. s. ꝓpter carentiā epoꝝ q̄ simplices sacerdotes possent chrismare seu sacramētū confirmatiōis cōferre ad tollēdū scādalum: vt ptz dist. xcv. c. Peruenit qđ de iure cōmuni fieri nō pot. vt ibi subdit in. c. sequē. et glo. ⁊ beatus Tho. in. iiij. In quo solus papa dispensare pōt. ⁊ nō alius: alⁱs nō esset ibi sacramētū confirmatiōis si per aliū fieret q̄ ꝑ epm̄ ꝼm Tho.

¶ De blasphemia idest maledictione q̄ fit multipliciter cōtra deū vel creaturas. Capm̄. v.

Blasphemiam ponit

dicit p̄s. in p̄sona xpi. A cōuentu malignātiū ꝛc. Est autē triplex ꝙuent⁹ infideliū. s. paganoꝛ: iudeoꝛ: ꝛ hereticoꝛ Di oēs malignant'. i. malo igne ire ꝛ inuidie affectabāt ꝛ cupierūt nocere eccl'ie. Qui vtiq̄ multo sunt plures q̄ fideles. Et oēs opant' iniq̄tatē: nō solū i eo q̄ p̄sequunt nocēt fidelib⁹ ꝛ occidūt: sed etiā in his q̄ faciūt in p̄testationē sue fidei vel poti⁹ p̄fidie: ꝛ in ꝺ q̄ errāt i fide cōmittūt iniq̄tatē p excellētiā: q⁹ infidelitas est maximū pctꝝ. Et hoc p̄bat. b. Tho. ij. ij. q. x. ꝛ sic. Cū oē pctm̄ p̄sistat forma liter in auersiōe mētis a deo tāto pctm̄ est graui⁹ quanto p ipm magis anim⁹ sepat' a deo. p infidelitatē aūt hō maxime elōgat' a deo: q⁹ nec verā cognitionē de deo hz. per falsam aūt cognitionē ipi⁹ nō appꝛopinquat ei: sz magis ab eo elōgat'. Et sic maius est pctm̄ infidelitat̄ oib⁹ alijs q̄ cōtinent⁹ in puersitate moꝛū. Sec⁹ de his q̄ opponunt alijs theologicis vtutib⁹: vt odiū dei ꝛ blasphemia ꝛ spiritū sctm̄. vñ ꝛ Aug. tractās illud q̄ō xps ait Job. xv. Si nō veniſſem ꝛc. pctm̄ nō haberēt. Magnū iq̄t quoddā pctm̄ sub gñali noie vult intelligi hoc est pctm̄ infidelitatis quo tenent⁹ cūcta. nec obstat q̄ō ait Aug. vj. q. j. c. q̄ro. dicēs. Utrū catholicū pessimis moꝛib⁹ alicui hereticō in cui⁹ vita p̄ter id q̄ hereticus est nō inueniūt hoies q̄ō reprehēdāt p̄ponere debeam⁹ nō audeo p̄cipitare sniam. b ille. Nā vt dic. b. Tho. vbi. s. ad b rñdeo. Nihil p̄hibet aliq̄ō pctm̄ q̄ō est graui⁹ fm gen⁹ suū esse min⁹ graue fm alias circūstātias. Et iō noluit Augu. p̄cipitare sniam de hereticō tali ꝛ malo catholico. quia pctm̄ hereticī etsi sit graui⁹ ex gne suo: pōt tñ alleuiari fm alias circūstātias: ꝛ ecōtra pctm̄ catholici ex aliq̄ circūstātia aggrauari. Dicit etiaz idē Tho. q̄ infidelis p infidelitate graui⁹ punit q̄ ali⁹ pctō: p quocūq̄ alio pctō ꝙsiderato pctō i genere. Sz p alio pctō: puta adulterio: homicidio ꝛ hmōi. si cōmittat a fideli ꝛ infideli. ceteris par⁹ grauius peccat fidelis q̄ infidelis. tū ꝓpter noticiā veritat̄ ex fide. tū ꝓpter sacrā fidei quib⁹ est imbut⁹ quib⁹ peccādo ꝓtumeliā facit: q̄ō tāgit ap'ls ad Heb. x. dī. Deteriora mereri supplicia q⁹ filiū dei ꝙculcauerit ꝛc. Et fm. b. Tho. ij. ij. q. x. grauius pctm̄ est infidelitas iudeoꝛ q̄ paganoꝛ: ꝛ grauius hereticoꝛ q̄ iudeoꝛ. Nō etiā ostendit p exēpluz in vitas patrū. vbi macharī⁹ inueniēs in deserto caluariā hois interrogauit q̄s hō fuisset i vita. Qui dixit se fuisse paganū vñ ꝛ dānatū in igne eternū. Et interrogatus ab eo si sub eo alij erant. Rñdit q̄ iudei ꝛ sub iudeis hereticī: ꝛ mali xpiani ꝛc. Probat' etiā hoc aucte. ij. Pe. ij. dicent⁹. Meli⁹ erat eis nō cognoscere viā iustitie q̄ post cognitā retroꝛsuz ꝙuerti. Nō faciūt iudei et hereticī. Rationē assignat btūs Tho. vbi. s. dicēs q⁹ graui⁹ peccat ꝙ fidē q̄ fidei susceptę renitit q̄ q̄ renitit fidei quā nūq̄ suscepit. sic grauius peccat q̄ nō iplet q̄ō p̄misit q̄ si nō implet q̄ō nūq̄ p̄misit. Sz heretici p̄fitent fidē euāgelij ꝛ ei renitunt eā coꝛrūpētes: iō graui⁹ peccāt q̄ iudei. Et q⁹ iudei suscepeꝛrūt figurā ei⁹ in veteri testamēto quaz male interp̄tātes coꝛrūpūnt: iō graui⁹ peccāt q̄ pagani q̄ nullo modo fidez

Tripler cōuentus infideliū.

Infidelitas maximū peccatoꝛ

Infidelis grauius peccat q̄ fidelis.

Quor infidelitas sit peior.

euāgelij suscepērūt. Et sic simplr loquēdo infidelitas hȝ retico˜ē pessima: ⁊ iudeo˜ peio˜ ⁊ paganor˜ mala: q̄uis pagani aliq̄n in plurib⁹ errāt circa ea q̄ sunt fidei. Scuto g̃ veritatis ꝓtegit de⁹ eccl̃ia ꝓtra infideles: qđ scutū hȝ q̄si tres angulos. i. modos. Nā vitate rōnis naturalis in multis defendit fides eccl̃ie ꝫ paganos. Veritate scriptu/re ꝓphetalis. i. veteris testāmēti ꝫ iudeos. Veritate scri/pture euāgelicalis ꝫ hereticos. ⁊ hor˜ vitatib⁹ ꝙfundunt ⁊ eccl̃ia defendit. Unde Lañ. iiij. Mille clypei pēdent ex ea. ois armatura fortiū. ⁊ hoc patebit. ꝫ.

§. III. Quātū ad tertium

Exacuerunt vt gladiū linguas suas loquēdo.

¶ Pagani errantes circa deum.

¶ Judei erga chr̃istum.

¶ Et hereticī circa animum nostrum.

Circa deū errauerūt aliq̄ quātū ad ei⁹ essentiā: aliq̄ quā/tū ad ei⁹ efficiētiam: aliq̄ quātū ad ei⁹ ꝓuidētiā: hȝ ꝓtecta defensa ⁊ liberata est eccl̃ia scuto veritat̃ ab oi error˜ infi/delitat̃. Quātū ad diuinā essentiā errauerūt pessime an/tiqui gētiles dicētib⁹ aliq̄b⁹ nō esse deū. aliis asserentib⁹ plures esse deos: aliis deū ee aiam mūdi. Sed oia h̄ sunt falsissima. Dicere aūt vl credere deū nō esse: stultū ee ostē/dit ps. di. Dixit insipiēs in cor. suo nō est de⁹. Vere talis insipiēs est: q; negat qđ pbi rōne naturali. ⁊ theologi scri/ptura diuinali demōstrāt. Et cū plurib⁹ modis rōne hoc possit demōstrari ꝓnūc tm̄ vna rō assignabit quā ponit plus̄ btūs Tho. ſ. ꝫ gētiles. c. xiij. ⁊ est tal. Oīe qđ mo/uet ab alio mouet. ptz aūt sensu aliqđ moueri puta solē. g̃ alio mouēte cū ipe mouet. aut g̃ illud mouēs mouetur aut nō mouet. Si nō mouet habet ꝓpositū. ſ. q̄ necesse ē ponere aliqđ mouēs īmobile: ⁊ hoc dicim⁹ deū. Si aūt illud mouēs mouet: g̃ ab alio mouēte mouet: aut g̃ est ꝓ/cedere in infinitū: aut est deuenire ad aliqđ mouens īmo/bile. Sed nō est ꝓcedere in infinitu˜: g̃ necesse est ponere aliqđ ꝑmū mouēs īmobile qđ dicim⁹ deū. In hac aūt ꝓ/batione due sunt ꝓpōnes ꝓbande. Prima ſcz q̄ oīe mo/tum ab alio mouet. Scđa q̄ in motis ⁊ mouētibus nō est ꝓcedere in infinitū. Et ꝑmā ꝓbat ꝑs plurib⁹ modis sed tm̄ vn⁹ hic ponit: videlz sic. Nihil ē idē simul in actu et in potētia respectu eiusdē: ſz oīe qđ mouet inquātu˜ h̄moi est in potētia: q; mot⁹ est act⁹ existētis in potētia ꝫm q̄ h̄moi. Et oē qđ mouet est in actu inquātū h̄moi: q; ni/hil agit nisi ꝫm q̄ est in actu: g̃ nihil ē respectu eiusdē mo/tus mouēs ⁊ motū: ⁊ sic nihil mouet seipm. Sciēdū tm̄ q̄ plato q̄ posuit oīe mouēs mouerī cōius accepit nomen mot⁹ q̄ Aristoteles. Noiauit em̄ plato oēm opationē mo/tū. Aristoteles aūt accepit ꝓprie motū ꝫm q̄ est act⁹ exi/stētis in potētia ꝫm q̄ h̄moi. qualis non est nisi diuisibi/liū ⁊ corpor˜. ꝑbat i. vſ. physicor˜. ꝫm aūt platonē mouēs seipm nō est corp⁹. Accipiebat em̄ motū ꝓ qualibet opa/tione: ita q̄ itelligere ⁊ opari sit quoddā moueri. quē etiā modū loquēdi tāgit Aristo. in. iij. de aia. Scđm hoc dice/bat ꝑmū mouēs mouere seipm: eo q̄ itelligit se ⁊ vult vl amat se. Nō in aliquo nō repugnat rationib⁹ Aristo. Ni/hil em̄ differt deuenire ad aliqđ ꝑmū qđ moueat seipm ꝫm Platonē: ⁊ deuenire ad ꝑmū qđ oīno sit īmmobile ꝫm Arist. Nō aūt quātū ad scđam conclusionē. ſ. in mo/uētib⁹ ⁊ motis nō sit ꝓcedere in infinitū. sic ꝑbat Aristo. In mouētib⁹ ⁊ motis or̄dinat̃ quor˜. ſ. vnuꝫ p or̄dinē ab alio mouet̃ b̄ est necesse inueniri q̄ remoto ꝑmo mouen/te vel cessante a motione nullū alior˜ mouebit neq; mo/uebit: q; ꝑmū est cā mouēdi oīb⁹ aliis. Sed si sint mouē/tia ⁊ mota p or̄dinē in infinitū nō erit aliqđ ꝑmū mouēs sed oia erūt q̄si media mouētia: g̃ nullū alior˜ poterit mo/ueri: ⁊ sic nihil mouebit in mundo. Et ex his ptz ex natu/rali rōne deū esse. Ulñ ⁊ apls. Invisibilia dei. i. ꝓfectiōes dei: p ea q̄ facta sunt a creatura mūdi intellecta ꝓspiciunt sempiterna q̄ꝫ vtus ei⁹ ac diuinitas. Ro. ſ. i. eternitas ei⁹ ⁊ essentia ei⁹.

error circa vnitatem dei.

Quātū ad scđm. ſ. nō esse plures deos vt gē/tiles credebāt hȝ tm̄ vnū deū: ostēdit nō solū scriptura di/cente Deut. vj. Audi isrl dns de⁹ tuus vn⁹ est. Et apls. ſ. Lor. viij. Et si alijs sint dij multi ⁊ dñi multi: nobis nō est nisi vnus deus. Sed rōne naturali ꝫm btm̄ Tho. ſ. ꝫ gen/tiles. c. xlij. ꝑmo sic. Impossibile ē esse duo summe bona: q; qđ ⁊ supabūdantia dr̄ in vno solū inuenit. de⁹ aut̃ est summū bonū tā ꝫm doctrinas ꝑbor˜ q̄ꝫ sacras scripturas Ulñ dixit moyſi Exo. xxxiij. Ego ostendā tibi oīe bonum idest meipm. Scđm rōnē etiā clarū est q̄ maximū in vno q̄ꝫ gñe est cā illor˜ que sunt in illo gñe. Causa em̄ potior est effectu suo. A dño aut̃ deo oia h̄nt esse ⁊ rōnē boni: g̃ ipe est summū bonū ⁊ per ꝙns vnus. Scđo sic. Deuz esse qđ ꝓfectū oīno cui nulla ꝓfectio desit dicere opz: cuz de⁹ sit q̄ meli⁹ excogitari non pōt. Si g̃ essent plures dij opor/teret ee plura h̄moi ꝓfecta: hoc aūt est impossibile. Naz si nulli eor˜ deest aliq̄ ꝓfectio: nec aliq̄ inꝓfectio adinisceꝫ qđ reqritur ad hoc q̄ aliqđ sit simplr ꝓfectū: nō erit in q̄ adinuicē distinguant̃: sed vnū ⁊ idē erit. Si aūt vn⁹ ha/beat aliquē defectū quē alius nō hz non erit ille de⁹. g̃ im/possibile est esse plures. Uō g̃ gētiles coluerūt plures vt deos. aut aliqs h̄oies: vt Iouē: mercuriū venerē ⁊ h̄moi. aut corpa celestia: vt solē ⁊ lunā. aut elemēta vel elemēta moti sunt ex aliq̄ vtute supemineti vel speciositate quaz inuenerunt in illis nescientes ocłos erigere ad eū q̄ dedit eis illā vtutē ⁊ pulchr̄itudinē. ſcz dñm deū. Et iō stulti fa/cti sunt opinātes illa deos q̄ creatura erāt: ⁊ aliq̄n diabo/lus in illis adopabat mira. Unde ps. Oēs dij gentiū de/monia. dns aut̃ q̄ vnus est celos fecit. Errauerūt alij di/cētes deū vnū esse: sed h̄uc deū esse aiam mūdi motu. ſ. ⁊ rōne mundū gubernātē. qđ tenuit varro sic narrat Aug. vij. de ci. dei. c. vſ. ⁊. b. Tho. ij. ij. q. xciij. ar. j. Sed hoc esse falsuz ostēdit ex b̄: q; aia ei cui⁹ est aia cōiūgit ⁊ cōponit cū eo vt forma substātialis ipsi⁹ rei vt hō qui cōponit ex aia ⁊ corpe. de⁹ aut̃ nō cōponit cū aliq̄ materia vl forma q̄uis em̄ deus vbiq; sit per essentiā: ꝑsentiā ⁊ potētiam: non tm̄ vnit reb⁹ sicut aia corꝑi: vt sit scz forma substan/tialis rerū vt aia corꝑis. Non em̄ substātia sua īmiscet re/bus cū simplicissim⁹ sit. Ulñ Aug. cū ibi reꝑobat. Scđ dū est aut̃ q̄ in vita ꝑnti de deo scire non possum⁹ qđ est sed tm̄ q; est. vñ Job. xxxvj. Ecce deus magn⁹ vincēs sci/entia nr̄am. ⁊ Isa. xlv. Vere tu es de⁹ absconditus.

Secū/dus error paganor˜ fuit circa efficiētiā seu op⁹ dei: videlz creationis. Circa creator˜ē mundi antiqui ꝑbi oēs errae/rūt quor˜ triplex fuit secta magis notator˜. ſ. epicureor˜: ꝑ/platonicor˜: aristotelicor˜: vt declarat. b. Tho. in. li. de arti/culis fidei. Fuit g̃ ꝑmus error epicureor˜ qui dixerūt nec mūdi materiā nec cōpositionē mundi a deo esse: ſz ipsum mundū fuisse factū a casu ex ꝙcursu corꝑor˜ indiuisibiliū adinuicē. i. atomor˜. Et hec dicebat Anaxa. Sz hoc falsuz ostēdit ps. dicēs. Verbo dñi celi firmati sunt. i. rōne eter/na q̄ est in mēte diuina: nō a casu. et Sap. ſ. Creauit deus oia vt essent ⁊c. Probat aut̃ creationez esse a deo ꝑ tale exēplum. Si q̄s intraret domū alicui⁹ et in ipso introitu sentiret magnū calorem: ⁊ quāto vlterius ꝓcederet tāto sentiret maiorem calorē. Iste fine dubio crederet ibi esse aliquē ignē causaz illi⁹ caloris q̄uis nō videret ipm. Effe/ctus em̄ naturalr manifestat suā causam. Caliditas autē est effect⁹ ignis. Sic in ꝓposito cōsiderādo mundi dispo/sitionē videm⁹ oēs res esse dispositas ꝫm varios ⁊ diuer/sos gradus nobilitatis ⁊ pulchr̄itudinis. Erquāto aliq̄ deo sunt ꝓpinquiora tāto sunt nobiliora. Unde videm⁹ corꝑa celestia pulchr̄iora esse ⁊ nobiliora terrenis ⁊ spūs nobiliores corꝑib⁹. Luz g̃ ista sint nec a se esse possint: qa ex nihilo nihil fit. Creatura ergo que ex nihilo est seipaz facere nō pōt. Ostēdūt em̄ ista creata vnū esse auto˜ē oīm a quo cūcta facta sunt ⁊ ipe a nullo fact⁹. ⁊ sic veritas fi/dei fatet in symbolo dicēs. Credo in deum ⁊c. creator˜em celi et terre ⁊c. Fuit secūdus error platonicor˜ dicentiū

error circa creationem mundi.

Gētiles plures deos co/lere vn/de mouē tur.

Oē mo/tum mo uetur ab alio ꝓba tur.

deū esse creatorē mūdi: sz fecisse cuncta ex materia ꝓiacēti quēadmodū figulꝰ facit diuersa vasa ex materia terre sibi ꝓsupposita. Nō falsuz eē tenet fidei vitas. ⁊ testatur scriptura. ij. Macb. vij. Jnqt illa sctā mulier filio. Respice in celuz ⁊ in terrā: ⁊ in oia q̄ ī eis sunt. et vide q: ex nihilo fecit ea deus ⁊ hoim genꝰ. Nō errorīs illoz fuit: q: voluerūt mēsurare vtutē dei ⁊ opationē ad sūtudinē vtutis ⁊ opatiōis creature. Nā cū vnūquodq; agat ꝓ formā suā et creatura sit forma ꝓticularis ⁊ vtutis finite ⁊ determiate nō pōt agere nisi ad certā formā cuiꝰ est cā. Materiā aūt ꝓducere nō pōt: sed inducit formā in materia sibi ꝓsuppositā ab alio agēte: sicut faber introducit formā cultelli in ferro sibi ꝓsuppositā tali materia et hmōi. Deꝰ aūt est forma supnaturalꝫ ⁊ vtuꝫ infinite: ⁊ iō pōt ꝓducere formā ⁊ materiā ex nihilo ꝓsuppositō. Vñ sicut pōt illuminare cecū resuscitare mortuū q̄ natura non pōt: sicut si totus mūdus deficeret totū itez facere posset. Sap. xij. Subest em̄ ibi posse cū volueris. Vñ Salo. Eccl. xviij. Qui vivit in eternū creauit oia sil. Creare aūt est ex nihilo aliq̄d facere. Tertiꝰ fuit errorꝰ aristotelicoz dicētiū mūduz nō habuisse ꝓncipiū: sed fuisse ab eterno. Quē errorē elidit spūsctūs ꝑ moysen dī. Geñ. j. In ꝓncipio creauit deꝰ celū ⁊ terrā. in ꝓncipio. s. tpis. Et si q̄ris q̄n fuit illud ꝓncipiū. Dicit magr̄ in hysto. scho. q: a ꝓncipio mūdi vsq; ad xpi natiuitatē fluxerūt āni q̄nquies mille centū nonagīta sex. Dixit aut̄ rabbi moyses. q: his pbis q̄ posuerunt mūduz eternū accidit ficut puero q̄ mox nat̄ ponerek in insulā vbi nullā vnq; videret ꝑgnantē mulierē vel puerū nasci. Jste talꝫ si cū dicerek sibi quō puer ꝓcipit et per tps moriak in vtero mris: ⁊ postea nascik i mūdo nullo modo vellet credere: sz videret sibi ipossibile: q: nūq; vidit hominē nasci. vtiq; stultꝰ ꝓteruꝰ ⁊ durus eēt q: nō velit credere q: nō vidit tale q̄d. Multa em̄ sunt q̄ nō videm̄ et tñ credim̄. Sic illi pbi q: nō viderūt exēplū in aliq̄ creatura q̄ ex toto de nouo icipiat eē putauerūt res semp fuisse. ⁊ iō stultos appellat apls Ro. j. dicētes se eē sapientes: stulti facti sunt. Nō minꝰ errauerūt circa opꝰ creationis manichei hereticī ponētes duo ꝓncipia rerū. Vnum creatorē inuisibiliū. s. deū. Aliū visibiliū. s. diabolū. Tertius errorꝰ paganoz q̄ acuerūt liguas suas vt gladiū fuit circa ꝓuidētiā. Ubi sciēdū sm. b. Tho. in. j. ꝓte. dis. xxxix. q. ij. q: plato. vt dic Greg. nazāzen. posuit triplicē ꝓuidētiā. Prima sz dei erga substātias itelligibiles et totuz mūdū quoad gña ⁊ spēs ⁊ causas vkes. Scōam angeloz bonoz circa res singulares gñabiliū ⁊ corruptibiliuz. et ad b̄ forte fuit motꝰ dicere: q: ipi angeli mouent celos: ex quo motu sequit gñatio ⁊ corruptio inferioz. Tertiā demonioz circa res hūanas. ⁊ ad b̄ forte motꝰ fuit: q: oīs dij gētiū demonia. demones aut̄ dabāt rñsa ꝑ illa idola de agēdis. ⁊ sic videbanꝫ hīe ꝓuidentiā hoim. Sz scuto ptegit vitatis reuelate ecclia ad repellēdū talē errorē. dicēte Job. xxxiij. Quē aliū cōstituit sup terrā: aut quē posuit sup orbē terre quē fabricatꝰ est. q. d. nullū. Nā vt dicit Greg. in moral. mundū ipe ops q̄ condidit: gubernat. et Aug. de ci. dei. Prouidētia vtiq; diuina regna ꝓstituunt hūana. Nā quō est possibile demones hīe ꝓuidentiā hominū ⁊ curā qui nō q̄runt nisi eoz interitū ⁊ malū: vt ꝛ. xxv. q. ij. visis. Homies q̄s vtuosi supiores sunt eis. vñ et ipsis subijciunt: vt ptz de btō Dñico et alijs. Nō aūt darēt rñsa demones ꝑ idola totū erat ad decipiendū: vt ptz in legēda bti Bartholomei. Angeli vo boni nō sunt gubernatores mundi: sz executores diuine ꝓuidentie. iuxta illud. Benedicite dño oēs angeli eiꝰ potētes vtute ⁊c. Exēplū de dño tpali qui ponit officialē in ciuitate et imponit q̄d faciat. officialis vtiq; talis nō ꝛ. dñs: sed executor dñi Quedā ergo ipe deꝰ ꝑ se immediate facit. quedā mediātibus angelis ⁊ alijs causis secundarijs: vt corpib⁹ celestibus ⁊ alijs. Et b̄ nō facit ex impotentia: sz ex maxima sua bonitate: q: voluit illis dare ⁊ cōicare sil̄itudinē sue vtutis: vt sz sint cāe: sz scōarie ad aliq̄s effectꝰ sicut ipe est cā ꝓmaria oīm. Extēdit g̃ ꝓuidētia dei ad oia ⁊ maxime ad actꝰ hūanos qō videk negasse Tullius vt refert ipe. b. Tho. in. j. pte. di. xxxix. q. ij. Jn q̄rū errātiū psona dicebat Boe. li. j. in metro. v. O stelliferi ꝓditor orbis oia certo fine gubernās. Solos hoim resp̄is actus. Ad qō moti sunt ad dicēdū ex eo q: videbāt bonis mala ⁊ malis bona frequēter accidere cū videk debere esse ꝛiuz. Sz vt ꝛ. Sap. xij. Tu aūt dñator vtuꝫ dñe oia cū tranq̄llitate iudicas ⁊ cū magna reuerentia disponis nos. et Petrus in Can. Jpsi est cura de nobis. ꝓuidēdo de oībus necessarijs ad salutem. Quare autē mali bona ⁊ boni mala sustineāt: vide aliquā rationē de pe. dist. iij. quid ergo. Possent etiā plures alie rōnes induci: sed causa brevitatis hic dimitto.

§. IIII. Exacuerunt iudei

vt gladiū ad occidēdū alias suis errorib⁹ infidelitatꝫ linguas suas dicētes falsissima ⁊tra vitatē fidei. Finis fidei mee inqt Amb. xps est. Vñ ⁊ Petro dicēti in ꝓfessiōe sue fidei ⁊ socioz. Tu es xps filiꝰ dei viui. Rndit xps. Btus es simō bariona: q: caro ⁊ sanguis nō revelauit tibi: sz pr̄ meꝰ. et. j. Sup hāc petrā. i. ꝓfessionē fidei edificabo eccliā meā: ⁊ porte iferi nō ꝑualebūt aduersus eā. i. errores isurgētes ⁊ pctā. Mat. xvj. Ubi oñdit hāc vitatē ꝓfessiōis fidei a deo revelatā: ⁊ iō infallibilē ⁊ ad vitā ⁊ btitudinē ꝑductiuā. Errāt aūt mlti circa xpm et pcipue iudei i tribꝰ. ¶ Primo q: nō credūt xpm messiā suū verū esse deum. ¶ Scōo q: nō credūt xpm ibm fuisse messiā eis ꝓmissuz ¶ Tertio q: nō credūt eū eterna: sed tpalia collaturum.

Sed oñdit eis falsitas pme ꝓclonis ex multꝫ auctibus veteris testamenti: qō vt verissimū credunt: vt illud ps. vbi loquēs de messia xpo ait. Sedes tua deꝰ in scm seculi. ⁊ paulo post. Unxit te deꝰ deꝰ tuꝰ oleo le. pre ꝓsortibus tuis Appellat g̃ deū ipm inunctum. sz messiā qui sz inunctꝰ fuit quātum ad hūanitatē assumptā oleo gre plenissime. Et bis ponit deū vnguentē vt noret personā pris ⁊ spiritussci. Et auctē etiā Esa. ix. apparet messiā esse deū ⁊ hoiminē vbi ait. Paruulus natꝰ est nobis ⁊ filiꝰ datꝰ est nobis: ⁊ vocabit nomē eius admirabilis deꝰ ⁊c. Vñ in hoc qō ꝛ. puulus natus est nobis ostēdit eius hūanitas. Jn eo aūt qō ꝛ. vocabit nomē eiꝰ deus: ostēdit eiꝰ diuinitatē. Non em̄ ꝛ deꝰ de hoie puro ꝓprie. Sed vt ceteraloia q̄ multa sunt dimittam⁹: pcipue ad b̄ facit qō habek Miere. xxiij. videlz. Ecce dies veniūt dicit dñs: ⁊ suscitabo david germē iustuz. Et b̄ appet xpi hūanitas: q: hec auctas sm oēs expositores hebraicos intelligit de xpo sm lram ⁊ sequit in eadē serie textus. Et b̄ est nomē qō vocabunt euz dñs iustus nr̄. Ubi innuit vera xpi diuinitas: q: vbi habem⁹ nos dñs iustꝰ noster. in hebreo habek. nomē dñi tetragrāmaton. Qō quidē nomē est ꝓprissimuz dei iter oia noia diuina. ⁊ ꝓpter hoc de nullo ꝛ nisi de deo vero Qō aūt aliqui dicūt q: b̄ nomē tetragrāmatō ꝛ: non tm̄ de deo vero: sz etiā de alijs. q: Ezech. vl. ꝛ: de ciuitate ibi descripta. Et nomē ciuitatis dñs ibidez. vbi loco hui⁹ q: dñs habem⁹ in hebreo hz nomen tetragrāmaton. ⁊ sic de ciuitate illa ꝛ: nomē tetragrāmaton: ⁊ tm̄ nō idē qō deus est. Jtē Geñ. xxij. vbi nos habem⁹. Et vocauit Abraam nomē loci illi⁹ dñs videt: hebrei habēt nomen dñi tetragrāmatō: g̃ ⁊c. Rndek q: nullū ꝓdictoz noiak noie dei ꝑ se qō est nomen dñi tetragrāmaton: sed noiak qōlibet ꝓdictoz a quodā effectu dei: q: solus deꝰ noiak hoc noie. et b̄ nō est incōueniens. sicut aliq̄s homo bñ vocak adeo datus vel deusdedit: vel aliq̄d hmōi non tm̄ vocak deus absolute qō esset ipi. Sic cū ꝛ: in auctē inducta Ezech. nomē ciuitatis dñs. loco cuiꝰ ponit nomen dñi tetragrāmaton: nō ꝛ: absolute dñs: sed dñs ibidē. vbi ostenditur denoiari ciuitas illa a diuina inhabitatione qō clariꝰ ptz per translationez chaldaicam. Similr qō ꝛ: in Geñ. xxij. Vocauit Abraam nomen loci illius dñs vider: non dicit

Qō xps sit verus deus.

error circa ꝓuidētiam dei

Angeli nō sunt gubernatores mundi.

simplr ⁊ absolute dñs: sed dñs videt: q; sez ille locus nō est d; noiatus: nisi a diuina visiōe: q;.s. ibi vidit hūilitatē ⁊ afflictionē isaac liberās eu; a mo;te. Et sic b̄ nomen te; tragramatō nō d;: nisi de deo vero. Et b̄ etiaz exp̄sse dicit rabbi moyses in lib. directiōis pplexo;ū. ostendēs q̄ oia noia diuia deriuata sunt ab op;ib; diuinis p̄ter nomē dñi tetragramaton qđ est app;op;iatū altissimo creato;i. Et p̄m ipm figt diuinā essentiā cū p̄petatib; suis intrinsecis Cetera aūt noia diuina ipposita sunt ab op;ib; ei;: sicut p;z de b̄ noie heloy ⁊ adonay. Nā heloym vel hely impositū est ad figandū deū a gnali ꝓuidētia. vñ ⁊ b̄ nomē cōicat alijs. Nā iudices et sapientes aliq̄n dicūt dijs: vt illō ps. Ego dixi dij estis. vbi in hebreo d; heloym. Et hoc nomē adonay ipositū est ab vl'p̄fidētia. Sed hoc nomē tetra; gramatō q; figt nudā ⁊ purā diuinā essentiā absq; respe; ctu adextra: ideo nō ē alteri cōicabile. Et q̄ p;z p̄m dictā auctē q̄ messias x̄ps est verus de;. Sed quer; hebrei vt hr̄e possent cām fuge querterūt in hebreo dictu; passum co;rūpētes lr̄am. Nā vbi nos habem;. ⁊ b̄ ē nomē qđ vo; cabūt. s. hoies eū. s. messiā dñs iust; nr̄. ipsi nūc hnt. b̄ est nomē ei; qđ vocabit eū nomē dñi tetragramaton. Ita q̄ nomē dñi tetragramaton loco cui; habem; dñs de;iust; nr̄: nō referr̄ ad messiā filiū dauid: sz ad ipm veru; deū q̄ vocabit ip;z messiā ad liberationē ppli isrl'q̄n sibi placue; rit. Sz co;rupta est hec lr̄a ab eis: qđ q̄dā fidedigni bone p;scie ⁊ vite iuramēto affirmauerunt sic vidisse in anti; q; bliis sicut hz trāslatio nr̄a: vt. s. referat ad messiā illud nomē dñs iust; nr̄. loco cui; in hebreo h̄ tetragramaton vt refert Nic. de ly hoc etiā p;z. s. falsitas iudeo;. sup dicto passu et trāslatiōe chaldaica que apud eos autentica h̄r. Nā ibi d;. Ecce dies veniūt dicit dñs: ⁊ suscitabo messiaz iustū: vbi nos dicim;. Dauid germen iustū. Et q̄ apparet q̄ intelligit de x̄po hec auctas ad lr̄am. Et sequit. Et hoc est nomē qđ ipū appellabūt eū dñs iust; nr̄. ⁊ ibi ponitur nomē dñi tetragramatō vbi posituz est nomen hoc dñs. Et sic p;z q̄ nomen dñi tetragramatō referr̄ ad messiā: q̄ noie dic̄ Hieremias appellādū a pplis. s. sibi subdit̄. Est g̃ x̄ps ver; de; et hō. Scōs error iudeo; est q̄ nō credūt iesuz x̄pm ee verū messiā in lege eis p̄missum. Qđ aūt ie; sus x̄ps quē nos adoram; vt verū deū ⁊ hoiez sit ille mes; sias eis p̄missus in lege quē ipi adhuc expectāt oñditur ex scripturis eo;. Un ipe iesus dixit eis. Scrutamini scri; pturas ⁊ ipse sunt q̄ testimoniū phibēt de me. Jo. v. Lo; co aūt ei; suscipiēt antix̄pm p suo vo messia ꝓut ipe x̄ps p̄dixit eis Job. v. di. Ego veni in noie p̄is mei. s. ei; glo; riā querēs: ⁊ nō me suscepistis. Alī; veniet in noie suo ilū suscipiet. s. antix̄pm. Et pphetia iacob q̄ h̄r Gen. pen. Non auferet sceptrū de iuda ⁊c. donec veniat q̄ mitten; dus ē: vbi alia trāslatio hz. veniat messias. qđ ipletū fuit se oñdit matthe' euāg. cū ait. Cū natus eēt iesus quē mes; siā credim; i dieb; herodis regis iudee q̄ fuit alienigena sez de ydumea. Et sic ablatū erat sceptrū et ducat; de tri; bu iuda ⁊ nunq̄ reassumpt;. Hoc pleni; habes declara; tū in. iij. p̄te. Sz adhuc magis determinate p̄dixit tps ad uētus ipsi; messie Dan. ix. loquēs de. lxx. hebdomadibus ⁊ de mo;te ei;. ibi. occidet x̄ps ⁊c. Que oia false et extro; te exponūt de herode vt euitēt veritatē. Sz ex rōne ostē; dunt false exp̄sitiones eo;. vt h̄r. j. Preterea ppbe p̄nun ciauerūt de ipo aduētu messie: nō solū in gnali: sed mul; tū distincte de mysteriis ei;. s. natiuitate. vt p;z Michee v. Tu bethleē terra iuda ⁊c. De ado;atōe mago;. Esa. lx. ⁊ ps. de p̄dicatiōe ei;: de miraculis: de discipulis: de passio ne ⁊ q̄litate passiōis: ⁊ qualitate resurrectiōis. vt p;z Esa. liij. ⁊ ps. xxij. ⁊ alijs locis. Diaq̄ illa. euāgeliste ostēdūt im plera ⁊ aplis p̄dicata ⁊ cōfirmata miraculis ꝓtinuari Mirū est ⁊ obstinatissimū in eis q̄ nō assentiāt tā radio se veritati. Sed ⁊ ipa obcecatio eo;. ⁊ infidelitas p̄nun ciata est a pphetis permaxime Esa. Tertius error: eo; est q̄ nihil aliud expectant a suo messia vēturo nisi tēpo; ralia liberationē. s. a seruitute et collectionē ex disperssiōe p o;bē. ⁊ q̄ fit eos reductur; in hierl'm materialē: ⁊ colla turus eis magnā pacē ⁊ abundātiā rerū ⁊ sciētiā: nō aūt credūt q̄ sit eos vel alios redēpturus: ⁊ a pctō mūdatu; rus: et glo;iā collatur;: aut p eis passur;. Nec em̄ credūt hoiem nasci cū pctō originali. cū tn̄ ps. dicat p̄ eos. Ecce in iniq̄tatib; ꝓceptus sum. Nō em̄ dicunt p̄es fuisse vel esse detētos in limbo. sed ad celū subito euolasse: cū tn̄ ex; p̄esse fi p̄ eos qđ ait Iacob patriarcha Gen. xxxvij. Descē dā lugēs ad filiū meu; in infernū. qui vtiq̄ filij. s. Ioseph q; sctissim; fm eos nō ad infernū sed ad celos debuisset ascēdere imediate. ⁊ Job. xvij. Si sustinuero infern; do; mus mea est. ⁊ illud ps. Ascēdisti i altū cepisti captiuita tē: accepisti vl' dedisti dona in hoib;. Sed q̄d aptius dici potuit p assertione fidei catholice et deliberatiōe hūani generis q̄ illud Zach. ix. Tu q̄ in sanguine testamēti tui sez ꝓfirmatione effuso in passione. eduxisti vinctos. i. pa; tres q̄ erant vincti. i. detenti reatu culpe originalis a dia bolo. de lacu in quo nō erat aq̄. i. limbo inferni. Si enim messias nil aliud haberet facere nisi dare libertatē tpalē ⁊ bona terrena vt q̄d oportebat iplere libros pphetarū pro missionib; ei; qui tm̄ terrena tribueret vel etiā scientiam q̄ est cōis bonis ⁊ malis. Cū viri nō solū fideles: sed etiā infideles pbi cōtēpserint vt lutū terrena: vt q̄d tāto desi; derio flagitassent sancti patriarche hmōi aduētuz. iuxta illō Rorate celi desup ⁊c. Esa. xlv. et illud Aggei. ij. Veniet desiderat; cūctis gētibus ⁊c. nisi q; credebāt ex dei reue; latiōe sa lutē eternalē per ipm concedendā nō tēporalem Et hoc est qđ ait Petrus Act. x. Huic sez x̄po iesu oēs pp̄; phete testimoniuz perhibēt remissionē pctoz accipe per nomen eius. et Esa. liij. Dñs posuit iniquitates oīm nos; strū sup eum. Attritus est ꝓpter scelera nostra cui; liuore sanati sumus. Hāc veritatē fidei confirmauerunt sancti innumeris miraculis. Ipsi aūt iudei postq̄ in x̄pm cre; dere noluerunt nunq̄ habuerunt ꝓphetam vel miracu; la facientē: sed pleni sunt omnibus vitijs.

Fuga iu deo;um

Qđ x̄ps fit verus messias

Qđ x̄ps eterna largiat

§. v. Exacuerūt quoqz he

retici linguas suas vt gladiū p̄ doctrinā ⁊ veritatē fidei. Qui etiā recipiunt scripturas noui et veteris testamēti: eas tn̄ puertunt falso exponētes. Et licz plurimi fuerunt varios mueniētes erro;es: tres p;onunc sufficit ponere circa animum nostrum multum periculosos.

¶ Aliqui quantū ad īmmo;talitatem dixerunt animam ipsam cum co;pore mori.

¶ Alij quantum ad arbitrij libertatem.

¶ Alij quātū ad futurā miseriā vl' felicitatē. ⁊ b̄ oia falsa.

Quātū ad primū aiam sez humanā mori cū co;pe tanq̄ falsissimū nō solū negat vitas fidei: ⁊ sacra scriptura di; cens Sap. v. Justi in ꝓpetuū viuent. s. q̄d aiam: ⁊ apud dñm est merces eo;. et Dan. xij. Euigilabunt de puluere terre alij in vitā eternā. alij in opp;obriū vt videāt semp. Sed etiā doctrine paganoz pboz: vt aristotelis et plato nis q̄ fuerunt solenniores. Senece Tullij et poetarū iu; deo;. saracenoz. vt patz in doctrinis eo;. Et de hoc. g. in. j. p̄te. ti. ij. de imo;talitate aie. Htūs etiā Tho. ij. ꝓtra gē; tiles. c. lxxviij. inducit plures rōnes quarū tres faciliores intellectui hic ponunt. Et ꝓma est talis. Impossibile est appetituz naturalē esse frustra. Sed hō naturalr appetit ꝓpetuo manere. qđ p;z ex hoc q̄ esse est qđ ab hoibus oi; bus appetit. hō aūt p intellectū app;ehēdit esse nō solu; vt nūc vt bruta aialia: sed simplr. Consequit ergo perpe tuitatē fm aiam qua esse simpliciter ⁊ fm omne tempus app;ehēdit. Scōa ratio est. Faciens est hono;abilius fa; cto: vt etiam Aristo. dicit. Sed intellectus agēs facit in; telligibilia actu: sicut lux materialis facit colo;ez videri. Cum ergo intelligibilia actu inquātum hmōi sint inco; ruptibilia: multo fo;tius intellect; agēs qui est potentia aie; erit ico;ruptibilis; g̃ ⁊ hūana aia cuius lume est intel

Aiaz mo ri cū co; pore est erro;

lectus agēs est incorruptibilis. Tertia rō est. nulla forma corrūpitur nisi ex actiōe ꝛij: vl̄ p corruptionē sui subiecti vel p defectū sue cause. Per actionē q̄dē ꝛij sicut calor destruit̄ p actionē frigidi. p corruptionē sui subiecti: sicut destructo oculo destruit̄ potētia visiua. p defectū aūt cause sicut lumē aeris deficit deficiēte potētia solis q̄ erat ipsius causa. Sz aia hūana nō pōt corrūpi p actionez ꝛij. Nō est em̄ aliq̄d ei ꝛiū cū p intellectū possibilē ipa fit cognoscitiua t susceptiua oīm ꝛior. Sil̄r nec per corruptionē subiecti sui. Nā hūana aia nō est forma dependēs a corpe p̄m suum esse. Sil̄r aūt nec per deficiētiā sue cause: q̄ nō pōt hīe aliquā causaz nisi eternā. Et sic nullo modo aia pōt corrūpi. Vñ q̄d dr Eccls. iij. Vn̄ est iterit̄ hois t iumētor̄ etc. loquit̄ ibi salomō in pſona hereticor̄ hmōi qui reprobantur in hoc. xxiiij. q. iij. c. penul. Exacuerūt liguas suas quātū ad libertatē animi. Quidaz em̄ subtraxerūt anime humane liberū arbitriū dicētes oēs hoies opari bonum vel malū p̄m pſtellationē sub q̄ nat̄ est: nec posse aliter agere nisi ad q̄d iclinat illa pſtellatio. Et hos vt hereticos pessimos cōdemnat ecclia : t dicunt mathematici. xxiiij. q. iij. c. penul. Ab his ecclia scuto vitaꝫ ptegit̄ et quincit. Nam cū liberū arbitriū sit potētia ad cui̇ actū pcurrūt volūtas t ratio. t hec potētie scz volūtas t rō nō sunt affixe organo corporeo vt sentitiue. corpa celestia nō pñt hīe influxuz t virtutē sup eas directe: q̄ ignobili̇ nō agit in nobili̇: sed ecōuerso. Nobilior est aūt aia oi corpe celesti. opari autez vtuose vel peccare pcedit a libero arbitrio. falsum est q̄ cogat a pſtellatiōe. vñ et gētilis ptolome⁹ ait. Vir sapiēs dñabit astris. i. inclinationib⁹ malis q̄s p̄m sensualitatez haberet a pſtellationib⁹. Nā p rōnē t volūtatē pōt homo reprimere passiōes insurgētes in sensualitate. Exp̄resse b̄ ostendit̄ Eccli. xv. vbi dr. Deus ab initio pſtituit hoiem t reliq̄t eū in manu sui cōsilij. posuit ante eū bonuz t malū etc. ad quodcūq̄ voluerit extēdet manū suam. t Gen. iij. Sub te erit appetit⁹ eius. s. pcti: et tu dñaberis illius. Alij ecōuerso libero arbitrio nimiā libertatez attribuerūt assentes hoiem p̄ sua naturalia posse saluari t gr̄am nō fore necessariā: nisi ad cognoscendū q̄d debeat fieri: nō aūt ad volendū vl̄ faciendū bonū. Et hos pdēnat ecclesia: q̄ hereticī sunt: t dicunt pelagiani. xxiiij. q. iij. c. penul. Cōtra quos apl̄s. Ipse opat̄ in nobis velle t pficere. Et Jo. xv. Sine me. idest sine mee gr̄e adiutorio. nihil potestis facere. Nō huj⁹ est p̄m. b. Tho. in. iij. q: cū p̄miū gl̄ie sit infinitum t vtus creature finita nō pōt creatura p se agere op⁹ q̄d attingat. s. p meritū ad p̄miū infinitū. Sed adiuncta dei gr̄a operi nr̄o q̄ est valoris infiniti: cū sit q̄daz pticipatio diuine bonitatis: facit ipm opus meritoriū boni infiniti. i. gl̄ie supne. Alij querterūt liberi arbitrij vsum asserentes hoies posse venire ad quēdā statum pfectiōis ab eis fictū in quo eis oia licerēt t subditi nō essent alicui legi inducētes illō apl̄i. s. Tim̄. s. Justo nō est posita lex etc. Hos reprobat ecclia in cle. ad nostraz. de hereticis. et vocātur beghardi. His aia (inqt̄ idē apl̄s Ro. xiij.) ptātib⁹ sublimioribꝰ subdita fit. t. xxj. q. iij. si dñs. cū. c. se. Ad aucte apli respōdet btūs Tho. s. ij. dicēs: q̄ iusto nō est imposita lex intelligit̄ hoc vt p penas retrahēs: sed bñ vt se regulās et ordinās. nā iusti non timore pene seruāt leges: sed amore virtutis subijciūt se t regulant se p̄m leges. Tertius error pniciosus circa aiam est: q̄ aie nō patiantur post hanc vitā penā: sz oēs saluētur. Hic fuit error origenis: q̄ dānatus ē p hereticō ab ecclia. Cōtra q̄s exp̄sse dixit xp̄s. Jbūt hi. s. mali in ignē eternū: iusti aūt in vitā eternā. t Esa. vl. Vermis eorū. i. remorsus pscie malor nō morietꝫ. et ignis eorū nō extinguetꝫ. Parabolā etiā ve hīstorie ad b̄ ponit xp̄s Luc. xvj. de diuite sepulto in inferno: t lazaro pauperi deportato ad finū abrae. i. limbū. Gētiles q̄s ponunt malos hoies in alia vita torq̄ri: t bonos reqescere. Exēplum etiā habetꝫ notabile de quodā viro q̄ habuit vxorē valde mundanā t lasciuā vitijs dedītā: cū tm̄ vir eēt multū vtuosus. Et vir quidē passus est multa aduersa t infirmitates cauēs sibi etiā a leuib⁹ pctis. Uxor aūt voluptatib⁹ vacabat t oia sibi cedebāt in pſperitatem: nec sentiebat vnq̄ molestiā infirmitatis. Habebāt aūt vnā filiā quā pater instruebat p̄m deum. mater autē ad vanitates trahebat. defunctis vtriſq̄ cepit filia vacillare animo dubitās q̄d sibi melius foret imitari vel pr̄em bonuz: sed circundatū calamitatib⁹ in vita sua: aut mr̄em p̄uā: sed bñ fortunatam in mūdo. Sup hoc igit̄ anxia t orans vidit in visu celum apertuz t sctos i magna gloria. inter q̄s t patrē aspexit in magna leticia t gaudio. t exinde inclinans oculos vidit terrā aptā t in pfundo terre maximū ignē in q̄ cruciabantur pctōres: vbi cū alijs vidit t mr̄em suā maximis cruciatibus laborātē rugitū t eiulatū emittentē ppter īmensitatē penarū. ad quā igit̄ supra aspiciētē pater ait. Vide filia diligēter t cōsidera q̄ vidisti: vt cognoscas cuius vitaz debeas imitari: nā si malos mores mr̄is sectata fueris secuz ad inferna traheris. si aūt monita mea t exēpla mecum in eternū gaudebis. Quibus visis edocta illa rectaz vitam tenuit. Jn. iiij. quoq̄ dialogor̄ multa exempla habētur de pena t gloria alterius vite. Cōfusi sunt ergo oēs q̄ eracuerunt vt gladiū linguas suas: t cōuicti de erroribus suis q̄ oēs defecerūt. Et si q̄ adhuc remāserūt errores oīno deficient vt iudeor̄. De quibus p̄s. Gladius in labijs eor̄. s. false doctrine occidētis q̄ eis assentiūt. Et quare etiā permittat deus eos in error̄ pmanētes viuere: assignat p̄s. rōnē dicēs paulo post. Ne occidas eos ne quādo obliuiscantur populi mei: scz qui fuerūt xp̄m occidētes dum adhuc permanet genus eorū. Sed disperge illos scz per mundū ne possint nocere ptector̄ meus dñe. Demū cōcludit. Cōuertent ad vesperā. i. in fine mūdi: t famē patientur vt canes famē scz vbi veritatis. Errores hereticorū de tpe in tēpus defecerūt. quos etiā ad tps pmisit de⁹ ex fidelib⁹ surgere ad exercitiū fideliū doctorū: vt scripturas attētius pscrutarent t vitatē inuenirēt t pbationē fideliū: vt dic̄ Aug. xxiiij. q. iij. ca. fi. Paganor̄ vo opinio ex toto pene defecit nisi ponātur inter paganos saraceni q̄bus legē dedit machometus plenā erroribus t vitijs qui adhuc durāt. Sed ita clare est falsa eorū perfidia vt t animalia bruta ipsam deberent detestari t repudiare.

Liberuz arbitriū cōstellati onibus posse cohi error est.

aias post vitā non posse pati error ē.

¶ De superstitionibus p modū pdicationis. Cap. viij.

Dixti oēs observantes vanitates supuacue. ps. xxx.

Videt̄ b̄ esse cōtra illud Sap̄. xj. Diligis em̄ oia que sunt et nihil odisti eor̄ q̄ fecisti. Cuz ergo deus fecerit oēs hoies et bonos t malos: ergo nullū odit. Sz ad hoc dicit Aug. in glo. ordi. q̄ aliud est q̄d facit deus in hoie. aliud quod facit homo in se. ſ facit em̄ deus in hoie naturaz: que q̄ in se bona est nō odit: sed diligit ipsam etiā in peccatore. Sed q̄d facit hō est pctm̄: et hoc odit deus. nec tm̄ odit vt hō fiat nec turbat vt homo. Nā hō irascit̄ t odit cū quadā alteratione t sui imutatiōe. Deus aūt imutabilis est. nec hz corpus nec sensualitatē corpori annexā in qua oriunt̄ ire t odiū t alie passiones. Dicit̄ aūt irasci t odire p̄ similitudinē t effectū hois irati aut odiētis. Qui em̄ odit aliquē nō vult eū videre: sed q̄rit eū punire. et sic altissimus odio hz pctōres. vt dr Eccli. xij. q: nō respicit eos sua gratia: sz punit t exterminat. Et b̄ mō intelligit̄ istud. Odisti oēs etc. Et exponit Aug. cardi. de obseruātibus. i. nimis affectuose querētibus vanitates. i. vanas diuitias superflue ponētibus in eis finez suū: t attēdentibus nimis ad subtilitates philosophicas t iuridicas inutiliter: t de vtētibus supstitionibus que plene sunt vanitatibus t fallacijs. Et istam tertiā expositionē pſequēdo scz de obseruātia supstitionū tria in dicto verbo notantur.

¶ Primo grauitas sceleris. ibi. Odisti.

¶ Scdo multiformitas criminis. ibi. obseruantes.

¶ Tertio inutilitas operis. ibi. superuacue.

Grauitas superstitionis

Primū est grauitas sceleris in supstitionibus. ⁊ b̄ oñdit in pma pte ex b̄ qđ dicit ps. deum odire tales. Odisti ⁊c. Nō aūt đr in scriptura deū aliquē odire nisi ppt mortale pctm: vñ apparet istud eē dānabile ⁊ eternali igne puniri ⁊ merito. Nā istud vitiū dei vsurpat diuinitatē: irritat fidelitatē: agit ꝯ dei ⁊ ecclie p̄cepta ⁊ volūtatē. Primū p3 ex b̄ q3 scire futura vel occulta est ppriuz dei. iuxt illud Esa. xlj. Futura ⁊ nouissima annūciate nobis: ⁊ dicem⁹ q3 dñ estis Et Salo. in. iij. Reg. viij. Tu sol⁹ nosti corda filioꝝ hoim Sanare etiā infirmos sine medicinis ⁊ remediis naturalibus est ppriū dei. Sz p supstitionē ⁊ obseruātiā augurioꝝ ⁊ diuinationū querūt hoies scire futura ⁊ occulta ⁊ p incantatiōes ⁊ breuia q̄rūt sanitatē sine medio naturali ⁊ sine dei adiutorio. Vñ sequit q̄ volūt sibi vsurpare q̄ sunt ppa deo qđ est magie supbie. Sc3z. s. q̄ irritat fidelitatez i. p̄missionē quā fecit deo in baptismo. p3 ex hoc: q3 in baptismo p̄misit abrenūciare diabolo ⁊ pōpis eius. Sz talibus vti ⁊ facere ē q̄rere auxiliū diaboli ⁊ facere pactū cuz eo. eū venerari vt per ea vana ⁊ falsa q̄ facit sibi ꝓferat qđ q̄rit sanitatē vel noticiā alicui⁹ rei occulte et hmōi. Unde Ezech. de chananea inq̄t. Nō p̄exit ad diuinos: nō vocauit magos: nō alligaturā q̄siuit: nō ipostratices mulieres adduxit. i. incantātes: nō ad falsa p̄fidia ꝓfugit: ſz reliquit oēs diaboli falsitates ⁊ venit ad dñm ieſuz. vbi oñdit hec esse adiutoria diaboli. Et apl's dic ad Gal. iiij. Dies obseruatis ⁊ tpa ⁊ mēses ⁊ ānos: timeo ne forte in vanū laborauerim in vobis. s. p fidē vos p̄dēdo. Et Aug. dicit. xx vj. q. vij. Nō obseruetis. post q̄ multa taliū p̄ticulariter posuit q̄ q̄ ista sectāt fidē negāt ⁊ baptismū: et sunt deteriores infidelib⁹: etsi se nō coꝛexerint ad eternā dānationē tendunt. Tertiū p3 ex b̄ q3 de⁹ exp̄resse p̄hibet ista dicēs. Nō auguriabimini nec obseruabit somnia. Eccla aūt p̄hibz ista. vt p3. xx vj. q. v. p totū. ⁊. q. vij. ⁊ ex de sortil. c. i tabul. Vñ ad detestationē hui⁹ sceleris ponit iter casus reseruatos epis. Fiūt etiā in his maxia sacrilegia: q3 imiscētur cū his sacra vel sacralia: ⁊ multa turpissima fiūt ⁊ comedūtur: ⁊ dicunt q̄ turpe esset dicere. Odisti ergo ⁊c.

¶ De fortuna. Capitulū. ix.

Beatus vir cuius est nomē dñi spes ei⁹: ⁊ nō respexit in vanitates ⁊ insanias falsas. ps. xxxix. Dignitudinē q̄libet naturalr appetit: ſz ad eā nō puenit nisi spes ei⁹ fit in nomie dñi. i. in virtute dei ⁊ auxilio ei⁹ q̄ in se nō p̄fidit: sed in adiutorio gr̄e dei vl in noie dñi: qđ nomē est iesus q̄ interp̄tat saluator. i. salutē aie ⁊ corpis sperat ꝓsequi a ielu salutari: ⁊ nō respexit ad vanitates. i. ad tpalia in q̄b⁹ confidat: ⁊ insanias falsas. i. supstitiōes varias. Circa b̄ multi errāt aspicientes ad talia: ⁊ p̄fidētes i illis q̄si p illa saluādi nō a deo.

¶ Est eñ insania falsa fortunationis.

¶ Est insania falsa constellationis.

¶ Est insania falsa fatationis.

Opinio q̄ fortuna fit dea

Multi credūt ⁊ asserūt multas vanitates ⁊ insanias. i. fatuitates falsas. Circa ista aliq̄ de fortuna aliq̄ de p̄stellatiōibus: alij de fato. De fortuna varie sunt hoies opinati. Aliq̄ ethnici ⁊ rudes hoies opinati sunt deaz esse. vñ et rome ei fecerunt edē ⁊ arā ⁊ simulacrū ipamq̄ vt deā colebant ⁊ ipm simulacrū fortune locutuz est pluries q̄ matrone rite ei dedicauerāt. Sed Augu. in. iiij. de ciui. dei. c. xviij. ⁊. xix. vbi ista refert oñdit hoc esse fallaciā ⁊ errorez. Nā plato ⁊ alij p̄bi et sapientes oēs deos vtriusq̄ sexus: si tñ sexū habēt: cū nec sexū habeāt: nec plures sint fm veritatē: dixerūt eos esse bonos: ſz fortuna aliq̄n est bona aliq̄n mala. Aut forte cū mala est in malignū demonē cōuertitur ⁊ dea non est. Sed cū sint multi hoies fortunati tot erūt iste dee: q̄t sunt hoies bone fortune. Et cū sint pluriui male fortunati erit fortuna si vna est fit bona ⁊ mala. Bonaz esse dicūt q̄ bonis ⁊ malis venit: in hoc differēs a felicitate quā etiā dicebant ⁊ colebant vt deā: q3 felicitas illa est quā boni hñt p̄cedētibus meritis. Fortuna bo que bona đr fine vllo examie meritoꝝ fortuitu accidit hoibus bonis ⁊ malis: vñ fortuna noiat. Sz quō est bona si fine vllo iudicio venit ad bonos ⁊ malos. Ut q̄d colit̄ que ita ceca est passim in quoslibet incurrēs vt suos cultores pleruq̄ p̄tereat: ⁊ suis p̄ceptoꝛib⁹ hereat. Aut si aliq̄d p̄ficiūt cultores eius vt ab illa videant ⁊ amētur: iam merita sequitur nō fortuitu venit. Ubi est ḡ illa diffinitio fortune: vbi est q̄ a fortuit⁹ nomē accepit. Nihil eñ p̄dest eā colere si fortuna est. Si suos cultores discernit vt p̄ficit fortuna nō est. Qđ si iupiter ipsam quo voluerit mittit ipse solus colat: nō illa q̄ resistere nō pōt ei iubenti. Falsissimū ergo est fortunā deā eē ⁊ vsutia demonū factū est vt loq̄ret fortune simulacrū. Ad q̄d eñ aliud locuta est nisi vt hoies recte viuere nō curarēt: ꝓciliata sibi fortuna q̄ illos fine vllis meritis bonis faceret fortunatos. Et Lact. dic in li. iij. q̄ b̄ simulacrū cū copia ⁊ gubernaculo fingūt tanq̄ fortuna ⁊ opes tribuat: ⁊ hūanarū rerū regimē obtineat. Sed vt đr Esa. lxv. Ue q̄ ponitis fortune mēsaz. i. aram tanq̄ dee. Et subdit. Dinumerabo vos i gladio. s. iudicij ⁊ eterne dānationis. Alij dixerūt fortunā esse accidētiū rerū subitū: et inopinatū euentū absq̄ omni cā supioꝛi vel inferioꝛi. Vñ aliq̄ opinati sunt vt refert dñs Job. dñici sup Eccliasten. q̄ oia eueniebāt in mūdo a casu ⁊ fortuna sine diuina prouidētia vel celoꝝ influētia: ⁊ sine cuiuscūq̄ rōnalis creature ordinatiōe p̄uia. Unde ⁊ Augu. de ci. dei li. v. dicit q̄ casualia dicūtur q̄ vel nullas hñt causas vel nō aliq̄ rōnabili ordine p̄cedūt. Exp̄plū refert Valerius in. s. lib. q̄ dum remiges quidā haurirēt aquam de sentina fluct⁹ maris quē dā e naui eiecit in mare: ⁊ mox ali⁹ fluctus ꝓrius illū eiectū naui restituit. A casu ⁊ fortuna fuit vtrūq̄: q3 sine aliq̄ causa rōnabili ⁊ p̄uidētia cuiuscūq̄ hoc euenit. Sic igit aliq̄ p̄bi casum ⁊ fortunā posuerūt in oibus. in quoꝝ pſona inq̄t Salo. Eccls. ix. c. Uerti me ad alia: vidiq̄ sub sole nec velociū esse cursum: nec fortiū bellū: nec sapientuz panē: nec doctoꝝ diuitias: nec artificū gr̄am: sed tēpus casumq̄ in oibus. i. aliq̄n velociores a cursu impediunt: ita q̄ tardiores p̄cedūt ⁊ coꝛpal'r ⁊ spūaliter: ⁊ fortiores in bello aliq̄n vincunt a min⁹ fortib⁹. ⁊ sapientes. i. magi ⁊ incantatores q̄ deberēt ex illa arte esse diuites: aliq̄n carēt pane q̄ oia videt p̄cedere ex eo q̄ a casu cūcta p̄ueniūt. Ad qđ facit qđ quidā ethnicus historicus ait. Fortuna in omi re dñat. Et q̄ empedocles dixit mūdū pluries distinctuz in ptes ⁊ in caos qđā redactū aduenīēte lite ⁊ aduenīēte amicitia. Nā aduenīēte lite dicebat q̄ prius erat caos. i. materiā cōfusam distinctā in partes: vt hoiem equū: canē auē: piscē: lapidē: aurū argētū: terrā: ⁊ hmōi. ⁊ tūc etiā casualiter membra recipiebāt talē situ in coꝛpe qualē hñt vt qđ als fuit caput postea factū fit man⁹ ⁊ hmōi. Et iste casus dñat in rebus quouscūq̄ iterū veniat amicitia ⁊ oia redigat in vnū caos. Et postea iteruz aduenīēte discoꝛdia seu lite ali⁹ casus dñabit toti generi rerū. Et sic q̄ vn⁹ habēs vxoꝛē habeat filios: ali⁹ nō habeat: vn⁹ fit diues ali⁹ paup: vn⁹ fit sanus: alius infirm⁹: vn⁹ in iuuētute moriat alter in senectute: vel media etate: vel pueritia: duob⁹ cadentibus de aliquo loco: vnus frāgat sibi pedē alter nō: vnus fit bonus: alter malus: totū hoc dicunt esse a casu ⁊ fortuna fine aliqua p̄uidētia alicuius. Sed hoc esse falsissimū oñdit ps dicēs Mat. vj. Si fenū qđ hodie ē ⁊ cras in clibanū mittit deus sic vestit floribus. i. ita viuacib⁹ coloꝛibus q̄ nec salomō in omi gloria sua potuit habere vestimētū tā pulchꝛi coloꝛis quāto magis vos pusille fidei s. vestiet ⁊ p̄uidebit. Et si volatilia que nō serūt neq̄ metunt pascit: quāto magis hoib⁹ p̄uidet. Ipse eñ est cura de oibus. Sap. s. Creauit eñ deus oia vt essent ⁊ sanabiles fecit rōnes hoim. vnde nō a casu per se facta sunt. Sic determinauit dctūs Tho. in. iij. contra gētiles. ⁊. j. parte. q. xxij. per totū. q̄ oia inferioꝛa subsunt diuine p̄uidētie. s. mundus ⁊ coꝛpalia: motus et actus oim inferioꝛū: actus

Opinio q̄ fortuna fit eue⁹ sine cā

reprobatio opinionis.

